ãt. i. ĩ cecitate deſpationis que mortuũ ĩ
uoluit. quis ↄfitebit̃ tibi? Nullus.

**Laboraui in gemitu meo la
uabo ꝑ ſingulas noctes lectuz
meum: lachrymis meis ſtratũ
meum rigabo.**

Laboraui ĩ gemitu meo. Scđa ps. vbi
narrat erũnas quib⁹ pẽitẽs atterit̃. Q.
nullus ẽ memor tui ĩ morte vl ĩ inferno
ſ₃ vt inde liberer ego Laboraui ſatiſfaciẽ
do. ĩ ge. m. i. mei cordis. gemit iſte du₃
videt quid egit. et que pena ſit futura. ꝛ
q̃ſi parũ ꝓfuerit addit. ꝛ poſt. lauabo ꝑ
ſingu. noc. lec: m. Ad lraz. ꝑ noctes ĩ lec
to plorabo ꝓ peccatis ide₃ repetit alijs
ṽbis. la. m. ſtra. m. ri. Idem accipit̃ hic
ſtratu₃ qđ ſupra lectus: q̃ſi veſtes ſuper
poſitas ĩ lecto. riga. la. i. multũ lachry
mabor. Vel lectũ vocat ↄſcia₃ que qui
buſdã ẽ quies: quibuſda₃ tormẽtũ. Ibi
enĩ mũdi corde quieſcũt: ibi male corda
ti cruciant̃. Stratũ dicit ſẽſualitatẽ. ꝛ ẽ
ſenſus. Lauabo lec. m. i. mũdabo ↄſcia₃
meã eũdo. ꝑ ſingu. no. i. ꝑ ſingula pecca
ta: ꝛ lachrymis meis. i. amaritudĩe pnĩe
ſtra. m. i. ſenſualitatẽ: riga. i. fertilẽ faciã
que ṗus erat arida a bonis opibus. Vl
lectus ẽ voluptas corꝑis. et delectatio
ſeculi: in q̃ eger animus quieſcit: ĩ q̃ hõ
reſoluit̃. Stratus ẽ cumulus peccatorũ
vt veſtiũ: quo reſoluto ꝑ imbrẽ lachry
maꝝ: noua meſſis ṽtutum ſucceſcat. ꝛ ẽ
ſenſus. lauabo. i. lachrymis pnĩe delebo
lec. m. i. voluptatẽ corꝑis ꝛ delectatõ
nem ſeculi: quã lauat ille qui ſe ab ea co
nat̃ extrahere. et hoc faciã. ꝑ ſingu: noc.
. i. ꝑ ſingula peccata ex ea oriẽtia. Ideo
aũt ait ꝑ ſingulas noctes. vt intelligi da
ret. ꝙ q̃ſi alternati₃ patit̃ dies ꝛ noctes
Qui enĩ ſpiritu ꝓmptus ſentit aliq̃₃ lu
cem ṽitatis: et tñ ĩ delectatione huius ſe
culi ꝑ carnis ĩfirmitatẽ aliqñ requieſcit
tanq̃₃ dies et noctes alterno affectu co
git̃ pati. noctes patit̃: cũ carne ſeruit le
gi peccati. et dies ſentit: cũ ſeruit legi dei
ꝛ lachrymis. m. ſtra. m. riga. i. imbre la
chrymaꝝ: cumulũ peccatoꝝ diſſoluam:
vt poſt meſſis virtutum germinet: ¶ Et
nota qđ ait rigabo. cũ ſupra dixit laua
bo. Amplius enĩ eſt rigare q̃₃ lauare:
quia põt aliquid ĩ ſuperficie lauari. Ri
gatio ṽo ad intiora ꝑtinet: ꝑ qđ ſignifi
cat fletũ vſq₃ ad cordis intima ꝑmanere

**Turbatus eſt a furore oculus
me⁹: ĩueteraui inter oẽs inimi
cos meos.**

Turbat⁹ ẽ a fu. vel ab ira. ocu. m. Fu
ror ſiue ira accipit̃ hic: l dei: l ipſi⁹ hoĩs
¶ Itẽ ira dei duplex ẽ. ſ. q̃ ĩ iudicio erit.
ꝛ hic ĩ pñti ẽ: in cecitate mẽtis cũ dat̃ in
reꝓbũ ſenſũ: Ibi extiores tenebre erunt:
q₂ tũc pẽitus erũt peccatores extra deu₃
. i. extra lucẽ q₂ ĩ ſũma cecitate erũt. Quid
enĩ eſt eſſe penitus extra deũ. niſi eſſe ĩ ſũ
ma cecitate: Siquidẽ de⁹ hitat lucẽ in ac
ceſſibilẽ. He ãt tenebre hic: iã ĩcipiũt in
peccante cum ab interiore dei luce ſeclu
ditur: Sed nondum penitus. dũ in hac
vita ẽ. et iõ dicit turbatũ nõ extinctũ o
culũ. Q. d. Iõ lauabo. q₂ ocul⁹ me⁹. i. rõ
mea tur. ẽ a fu. dei fuꝛo quẽ timeo ꝛ pre



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſenti quē ſētio vl'a ſua ꝓpria ira turba-
tus ē oculus: q̄ cōturbante: ſolē interio
rem. i. ſapiam dei nō pōt videre: ⁊ quaſi
occaſū in ſe pati arbitrat̄ mēs: que ſua ꝑ
turbatione illū videre nō ſinit̄. Vñ apl's
Sol nō occidat ſuꝑ iracundiā veſtram
et ē. Ideo ſic gemo. qꝛ oculus. m. ſ. ratō
tur. ē a fu. vel ab ira mea ꝓpria. turbatꝰ
ē: et merito: qꝛ inue. int̄. ini. m. ſ. vicia l'
malos hoīes qui vē ſūt inimici: ad deū
ſe cōuertentiū: a quibꝰ ſeparat̄ oīs bonꝰ
nō loco ſed aīo. ⁊ adde. oēs. Q. etiā int̄
oēs inueteraui. a nullo fui immunis: oī
bus cōſenſi. ¶ Vel ita pōt legi. Ideo ſic
laboro: qꝛ inueteraui: membꝝ factus ve
teris hoīs: ⁊ dicit hoc a ſilī veteris veſtiſ
que nec ē decori nec vſui. int̄ oēs. ini. m.
viſibiles et īuiſibiles quibꝰ cōſenſi. Per
hoc oñdit ſe oībus vicijs ſubiectū. hoc
iō dicit ne quis deſpet de grauitate pec-
catoꝝ. Sꝫ vñ hoc: qꝛ oculꝰ. m. rōis tur.
ē a fu. ꝑmo parenti exerto. i. a pena prio
hoī illata: ꝑ quā in vniuerſā poſteritatē
ē trāſfuſa. Ipſe enī origo. nos ꝓpago pe
ne ſumus. Quia vō nō eſt inanis tantꝰ
labor: poſt laborē ⁊ gemitū ⁊ imbres cre
berrios lachrymaꝝ: exauditū ſe ſignifi-
cans ſbdit.

**Diſcedite a me omneſ qui ope
ramini iniquitatem qm̄ exau-
diuit dñs vocē fletus mei.**

Diſcedite a me oēs. Tercia ps vbi oſtē-
dit̄ correctio huiꝰ qui orat: vt ſeparetur
ab ill': nūc aīo: in futuro etiā loco: quo
rū collegio peccauit: et inſiſtat mādatis
dei. Vel nō ē optatio ſꝫ ꝓphetia eſt hic
qꝛ ita in iudicio futuꝝ ē: qñ a iuſtis ipij
ſeparabunt̄: vel etiā nūc hoc fit in area
vbi iā grana a paleis nuda ſūt. et ſepara
ta mēte et ſi int̄ eas lateāt et eiſdem ꝯuen
ticulis ꝯtineant̄. Dicit ergo iſte penitēs
poſt tātas difficultates ſe auditū ſignifi
cās: Diſcedi. a. m. nūc aīo: in futuro e-
tiāꝫ loco. o. q. op. ini. q. do. vo. fle. m. ſ.
ꝯputationē ꝑ cōmiſſis.

**Exaudiuit dñs deprecatiōem
meam dominus orationē me-
am ſuſcepit.**

Exaudi. do. remittēdo deprecationē: m.
que ē ꝑ deponēdis peccatis. Repetitō e
iuſdē ſnīe crebris ē hic ex affectu. qꝛ gau-
dēti nō ſufficit ſemel dicere qđ gaudet.
vñ ſbdit. do. ſuſ. qi oblationē. ora. meā
que ē ꝑ virtutibꝰ adipiſcēdis. Depreca-
tio nāqꝫ eſt pro ſemouēdis malis. Ora-
tio pro adhibendis bonis. his vbis dat
exemplū fidelit̄ orantes exaudiri. ¶ Et
nota ꝙ tūc hic dñs: qꝛ ſanctā t̄nitatē af-
fuiſſe precibꝰ oñde. Incipit a lachrymiſ
dicēdo. Dñe ne in fu. t. ⁊ ē. exauditus ex
ultat ſicut fit ⁊ in alijs pnīalibꝰ.

**Erubeſcāt ⁊ ꝯturbētur vehēm̄
ter oēs inimici mei: ꝯuertantur
⁊ erubeſcāt valde velociter.**

Erubeſcāt. ⁊ ꝯtur. Quarta ps vbi qua
ſi iā liber a peccatis in ꝯcluſione exultāſ
ꝑ inimicis vt ꝯuertāt̄ orat. vt ſicut ipſe
ipſi habeāt veniā. Q. d. et quia dñs me
penitentem exaudiuit. ergo iam meo ex
emplo Oēs. ini. m. eru. de actibus ſuis:
quia mali ſūt: ⁊ ꝯtur. timore iudicij ad
pniāꝫ. ⁊ hoc: vehe. i. vehemēti gemitu.
Perfectus vir orat hic: vt mali ō pecca
tis erubeſcant et peniteant. Sequitur ⁊
ꝯuert. ne eant quo tendebant. et non dif
feratur: ſed eru. val. velo. Hoc ad affec
tum optantis refertur: vel ad potētiam
chriſti tam celeri tpe: cito gentes ad fidē
ꝯuertit. ¶ Vel ita ꝯuer. velo. a malis.
et poſt conuerſionem eru. val. ex recor-
datione peccatorum: quod eſt cuſtodia
virtutū. ¶ Vel prophetia eſt hic nō op-
tatio: vbi predicit quid futuꝝ ſit īimiciſ
qui hic ſuoꝝ peccatoꝝ pēitere nolunt.
Q. d. me exaudiuit dñs. ſꝫ oēs ini. m. e-
ru. i. erubeſcēt: ⁊ ꝯtur. i. ꝯturbabunt̄ ve
he. i futuro. Hoc vtiqꝫ nō ē hic: vbi po
tiꝰ iniqui irridēt eos qui oīa reliquūt. ⁊
ſuis irriſiōibꝰ īfirmos ō chriſti noīe eru
beſcere faciūt: ſꝫ ī iudicio hoc erit. vbi e
rubeſcētes dicēt ō bōis ſic ſcptū ē. Hi ſt
quos alīn hūimꝰ in deriſū ⁊ in ſimilitudi
nē ipij: nos in ſēſati vitā illoꝝ eſtiabamꝰ
inſaniā: ⁊ finē illorum ſine honore. Ec-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ee q̄uo ꝯputati ſūt int̄ filios dei. et inter
ſanctos ſors illoꝝ ē. Quid nobis ꝓfuit
ſupbia: aut quid diuitiaꝝ iactātia ꝯtu-
lit nobis: Trāſierunt oīa illa tanq̄ȝ vm
bra. Sequit̄. ⁊ ꝯtur. et eru. Q. illis ꝯuer
ſio ſit ad ꝯfuſionē qui noluerūt habere
ad ſalutē: qđ iuſtiſſimū ē. ⁊ hec oīa fiant
valde velo. Quia cū deſpare de iudicio
cepint: et dixerint pax et ſecuritas ē: tunc
repentinꝰ ſupueniet interitus. Qui cum
venerit: ſentit̄ nō ē lōga oīs vita: Quia
ſicut deſiderātibus tarde. ita deſpantibꝰ
cito venire videbit̄ꝛ. ¶ Pſalmus hic in
exequijs mortuoꝝ cantat̄: qꝛ p huiꝰmōi
gemitū atq̄ȝ pniale lamentū: poſt hāc vi
taȝ a fidelibus obtinet̄ qđ ī hac vita diu
ac vehement̄ deſiderauerunt. ⁊ a malis
ſētit̄. Qđ hic nō timuerūt ſȝ ꝯtēpſerūt.

## In finem pſalmuſ dauid: quē cantauit domino pro uerbis chuſi filij gemini. VII.

In finē pſalmꝰ dauid. quē cātauit dn̄o.
ꝓ ver. chu. fi. gemi. ꝛ. Hiſtoriā vn̄ occa-
ſionē ꝓpheta ſūpſit in ſcđo libro regum
facile eſt cognoſcere: vbi legit̄. ꝙ dauid
fugiens abſolon filiū ſuū: de ciuitate nu
dis plātis exiuit ꝫ. Cuiꝰ ꝯſilio chuſi ami-
cus eius ceſſit in ptē abſolon. ad explo-
randa ꝯſilia et renūcianda: que aduer-
ſus patrem ille moliebat̄. Auctore achy
thophel qui ꝺfecerat ab amicicia dauid
et filiuȝ aduerſus patrē ꝯſilijs quibꝰ po
terat: inſtruebat: cui int̄ alia hoc ꝯſiliuȝ
dedit: vt abſolon impetū ꝑmitteret fieri
in patrē ſuū: eūq̄ȝ occidi qđ mutatuȝ eſt
prudētia chuſi ꝫ: qui ꝯſuluit dauid: ⁊ ſe-
creto mādauit: vt de ꝯpeſtribus fugeret
in ſolitudinē: Vn̄ achythophel dolore
ꝯmotꝰ laq̄o ſe ſuſpendit. Huic hiſtorie
alludit titulus: de q̄ tn̄ nō agit pſalmus
ſȝ de hiſtoria ꝓpheta velamē myſterioꝝ
ſūpſit. que iuxta nominū interpratiōes
declarant̄. Chuſi eni interpretat̄ ſilētiuȝ
Gemini: dextera vel dexter. achythophel
fratris ruinaꝛ. quo ſignificat̄ iude ſcelus
.i. ſceleroſus iudas: qui dominū tradi-
dit iudeis: et ita fuit ruina fratris ſui. ſ.
chriſti: cuiꝰ diſcipuli nō ſolū filij. ſed et
fratres dicti ſūt. ſicut ī euāgelio dn̄s ait
Vade et dic fratribꝰ meis. et apl̄us dicit e
um ꝓmogenitū ī multis fratribus. Et ſi-
cut dauid dimicauit ꝯtra achythophel
et abſolon ꝑ ꝯſiliū chuſi. Ita cōtra hos
dolos iude. ſ. et iudeorū dn̄s dimicauit
chuſi. i. ſilētio. i. alto ſecreto. Quo ceci-
tas ī iſrael facta ē: vt plenitudo gentiuȝ
ſubintraret. et ſic oīs iſrael ſaluꝰ fieret. De
quo ſilētio apl̄us admirās nō exponens
exclamat. O altitudo diuitiarū ſapiē et
ſciē dei. ⁊c̄. Hoc ſilētio dn̄s occultās iu-
de ⁊ iudeis paſſiōis ſacramentū: ruinaȝ
fratris. i. ſcelus iude ꝯuertit ī miaȝ. ⁊ qđ
ille ad ꝑniciē vnꝰ hoīs fecit iſte ad ſalu
oīuȝ īflexitꝛ. Cātat ergo hūc pſalmū dn̄o
fidelis cui facta ſūt v̄ba chuſi. i. manife-
ſtatio huiꝰ ſilēcij. i. ſecreti: qđ dexter ⁊ fa
uēs deus ei opatus ē. nō eni erat abſcon
dēdū eis ꝓ quibꝰ geſtū ē ꝫ. Myſterium er
go īcarnatiōis ⁊ paſſiōis ſilentiū fuit iu
deis: ſȝ reuelatō fuit fidelibꝰ quibꝰ chriſtꝰ
nota fecit oīa. q̄ a patre audiuit. ⁊ ſicut
ꝑ achythophel ſignificat̄ iudas: ita per
abſalō ſignificāt̄ iudei. vt eni dauid a fi-
lio iniquo patit̄: ita xpꝰ a ꝑp̄lo quē emit-
terat: ſuſtiuit ſic ꝫ. ꝑ Eſaiā ait. Filios enu
triui ⁊ exaltaui ipſi āt ſpreuerūt me ⁊ ē ſē
ſus tituli tal̄: ¶ Pſalmꝰ iſte dirigēs nos
ī finē. i. in xpm: attribuit̄ dauid. i. fideli
cui fcā ē myſterij reuelatio: quē pſalmū
ille fidelis cātauit dn̄o. i. ad honorē dn̄i
ꝓ v̄bis chuſi. i. ꝓ māifeſtatiōe alti ſilētij
quo xpus dimicauit ꝯtra iudeos: occul
tās eis myſteriū paſſiōis. chuſi dico: filij
gemini. i: dextre: qꝛ illud ſilētiū deꝰ dext̄
.i. fauēs ⁊ ꝓpicius: huic fideli apuit. ꝫ
Ad lr̄aȝ. Chuſi filiꝰ gemini. i. dextre eē di
cit̄: qꝛ ꝯſuluit ſaluti dauid. neceſſaria ꝓ
ditiōe ꝫ. Et ē iſte pſalmꝰ ꝓmꝰ eoꝝ ī quibꝰ
ꝑ actꝰ dauid futura myſteria dēū ſigni-
ficāt̄. late. ſ. ⁊ apte: In t̄cio eni pſalmo.
ſil̄iter ꝑ actꝰ dauid ſignificata ſūt xpi my
ſteria: ſȝ breuiter ⁊ obſcure. ¶ Intētio:
monet ad gr̄aꝝ actiōes ꝓ māifeſtatiōe ſi
lētij. ¶ Modꝰ. v. ſūt ꝑtitiōes ꝫ. Prio petit
ab omnibꝰ perſecutoribus vel perſecuti
onibus liberari ꝫ. Secundo petit vt glo
ria reſurrectionis xpi ſbuēiat. ibi: Exur-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ge domine. tercio agit d̃ iudicio regreſſi.
ibi. dominus iudicat populos. Quarto
metu futuri iudicij terret. ſpem reuerſis
ꝓmittens ibi. deus iudex. Quinto leta ↄ
cluſio ponitur de cõfeſſione laudis. ibi.
Confitebor. fidelis ergo iſte nõ de ſe pre
ſumens orat a domino liberari. preten-
dens meritū hoc modo. D.

**Domie deus meꝰ in te ſpa
ui: ſaluū me fac ex oībus
pſeq̄ntibꝰ me ⁊ libera me**

Domine omnium per potentiaꝫ cui de
betur dulia. qui es deus omniuꝫ per cre
atõem. cui debetur latria. et meus domi
nus et deus voluntate. ego ſperaui in te
nõ in me. Ecce pretendit meritum. deinð
petit liberari a vicijs. et a diabolo dicẽs
ſaluū me fac ex om. pſequẽ. me. i. ab om-
nibus ſpiritualibus nequicijs. ſ. vicijs
et peccatis. et libera me.

**Ne quãdo rapiat ut leo animã
meã dum non eſt qui redimat
neqꝫ qui ſaluum faciat.**

Ne qñ. i. ne aliqñ rapiat vt leo. ſ. diabo
lus. qui vt leo rugiens circuit querens
quẽ deuoret. qui ĩ illis pugnat. vicijs ci
et peccatis vtitur quaſi armis ad ĩpug-
nandū fideles. rapiat dico animam meã
de corpe. nõ curat iſte ſi carne affligatur
Et nota ꝙ ꝓpa ṽba ponit cū ait. libera.
et rapiat. dñi eñi eſt liberare. leonis rape
Attende etiam: cõgruū ordinẽ. duꝫ ꝑus
ponit perſequentes. deinde leonem. qui
enim expiatus eſt ab omnibus ſpūali-
bus nequicijs. i. a ſordibus delictorum
a diabolo liberatur. Vel aliter. vt per
perſequentes ⁊ leonem: idem accipiatur
inuidus. ſ. diabolus. perfectus enim vir
hic loquitur qui iam victis vicijs non
habet bellum niſi contra diaboluꝫ dicẽs
ſaluum me fac ex omnibꝰ perſequẽ. me.
ſ. a diabolo et angelis eius. Q. ſuperato
omni bello viciorū. iam pfecto nihil re-
reſiſtit niſi inuidus diabolus. Deinde qð
per pluralẽ numeꝝ dixerat: per ſingula
rem ſubinfert dicẽs. et libera me neqñ. i.
aliqñ vt leo. i. diabolus rapiat animam
meã. rapiat dico: dū nõ eſt qui redi. niſi
chriſtus quaſi. ſi nõ redimis: ille rapiat.
neqꝫ eſt qui ſaluū faci. ſ. dando vitam e-
ternaꝫ niſi qui redimit. ſ. chriſtus. Si ei
chriſtus nõ redimat neqꝫ ſaluū faciat: il-
le rapit. et vt manifeſtum ſit pfectuꝫ vi-
rū hoc dicere cuius ſolius fraudulentiſ-
ſime inſidie ſunt cauende: Subdit:

**Domie deus meus ſi feci iſtud
ſi eſt iniquitas in manibꝰ meis**

Dñe deus meus. ⁊c. vbi item pretendit
meritum. ſed quia innocens et patiens
eſt. quaſi libera ⁊ ſalua. qꝛ o domine deꝰ
meꝰ. ⁊c. ego ſi feci iſtud. ſ. vniuerſale pec
catum. ſ. quod ſine noĩe dixit. qð eſt ſup-
bia que eſt radix oĩm maloꝝ. hoc eſt vici
um primū recedentibus. et vltimū rede
untibus. et ñ eſt modo iniquitas in ma.
meis. i. operibus. Vel ita. nõ feci iſtud
deinde exponit quid dixit. nõ feci iſtud.
ſcꝫ illud qð ſequitur. ſ. non eſt iniqui. in
ma. meis. quod de omni peccato accipi-
tur. deinde repete ſecundū ordinẽ ſingu
lorum verboꝝ. et o domine deus meus
ſi feci iſtud. ſ. vel vniuerſale peccatū. qꝛ
ſine nomine dixit. vel hoc quod ſequitur
ſ. ſi eſt iniquitas in manibus meis.

**Si reddidi retribuentibus mi
hi mala: decidaꝫ merito ab ini
micis meis inanis.**

Si reddidi. mala. ſ. ret. m̃. ma. ꝓ bonis.
Maior pacia ẽ ſi ñ reddidit his q̃ ꝓ bõiſ
reddūt mala. q̃m ſi ſuſtineret ab his q̃bꝰ
bona ñ fecerit: qð eſt dñe. ſi te ñ ſuꝫ imita
tꝰ patientia q̃m ꝓ me opatus es in illo ſi
lentio: vt patientiſſime ſuſtineres dolõs
ꝓditoris tui. merito decidaꝫ. ñ iureiurã
do: hoc ĩprecaẽ ſibi. ſꝫ dicit q̃d ↄtigat: ſe
vindicãtibꝰ; pphetat ergo ñ iurat. ꝓ exe-
cratõꝫ. ſicut videẽ qð ẽ grauiſſimū iuriſ
iurandi genus. cum homo dicit. ſi illud
feci. illud patiar: decidam dico ab inimi
cis meis. ſupatus: et inanis factus. Qui
ei ſe vĩdicat: occl'te a diabolo ſupaẽ. ina
nis factꝰ vana ⁊ ſupba leticia de hoc ꝙ q̃
ſi vinci ñ potuit: qui ṽo ñ retribuit mala
vincit iram ſuam. et melior eſt qui vin-

cit iram q̄ȝ qui capit ciuitatem. vt ait ſa
lomō' Et patet hic pfectum viruȝ loqui
hoc enī nō poteſt dicer e niſi perfect⁹ vir
ſ. Si reddidi ꝛc ſciēs hoc chriſtū feciſſe
¶ Vel ad literā de dauid poteſt accipi:
qui cōtra abſalon nō cōmiſit quare ſibi
mala inferret: qui ait. Dn̄s deus m. ſi fe.
iſt.' i. ſi hoc malum quod ſuſtineo. mihi
ꝑ preteritā culpaȝ q̄ȝ cōmiſerim ꝯtra ab
ſalon contingit. vel ſi modo eſt iniqui. i
ma. i. in operibus quare hoc mihi con-
tingat. ¶ Vel Si reddidi retri. mihi ma.
quod dicit̄ equitas ap̄ homīes. merito
deci. et ſi nō ita videat̄ hōibus decidam
dico. ſupatus ab inimi. m. ab abſalon. ſ.
et cōplicibus eius: et factus inanis a fru
ctu manſuetudinis' que in dauid abun-
dauit. Deinde ex pſona ipſius dauid. et
viri perfecti ꝯmuniter ſubditur.

**Perſequatur inimicus animā meam et comprehendat: ⁊ conculcet in terra uitam meam: et gloriam meam in puluerem deducat.** Perſequatur inimic⁹. Q.' Di-
xi decidam inanis: et etiam quod grauī⁹
eſt. Inimic⁹. ſ. diabolus' qui ſingularit̄
eſt inimicus qui ſupra leo dictus eſt: pſe
quatur aīam m.' cui homīes nō habent
quid faciant. In carnem quid ſeuire poſ
ſunt: ſȝ aīaȝ ī poteſtate hr̄e nequeūt: quā
diabolus in pugnando. i. ſuggerendo ꝑ
ſequitur: et cōprehendit cū decipit. Vn̄
ſubdit et comprehendit cum dcipit. Vn
de ſubdit. et cōprehendat. i. decipiat per
cōſenſuȝ. ⁊ ꝯcul. in ter. vi. me' i. occultā
do vitam meam terram faciat. ſ. cibū ſi-
bi. quia non tm̄ eſt leo vt ſupradictū eſt
ſed ⁊ ſerpens appellat⁹ eſt. cui dictū eſt
in maledictione. terram manducabis. et
peccatori dictū ē tr̄a es et ī tr̄ā ibis. vita
ergo peccatoris: cibus ſerpentis. i. dia-
boli eſt.' quia terra. i. terrena eſt. ideo
hic ait. ꝯcul. in terra vi. me. i. aīam meā
in terraȝ redactam ſibi incorporet. ⁊ ibi
ſit deſpicabilis. Vnde ſbdit. et glo. me.
' i. hoīem ad imaginē dei factum dedu.
in pul. q̄ſi ad nihilū redigat ¶. vel ita. ⁊
glo. me' que debet eſſe in conſcia vbi de⁹
videt. et ſolida in dn̄o. vt qui gloriatur
in domino glorietur. dedu. in pul. i. in
ſuperbiam et iactantiā. vt velim gloria-
ri apud homines' puluis eniȝ quē pijcit
ventus. ſuperborū iactantia ē. vult ergo
vt gloria ſua ſit ſolida. intus vbi de⁹ vi-
det. Eſt enim puluis ſi apud homīes gl'a
tur. que cauenda eſt ſuperbia.

**Exurge domine in ira tua: et exaltare in finib⁹ inimicorū meorū**
Exurge domine. Secūda pars vbi petit
vt gloria reſurrectōis chriſti ſbueniat.
q. d. ſi hoc feci: hoc mihi ꝯtingat. ſed q2
n̄ merui. o dn̄e exur' i. appare per carnē
dormit enim dum in ſecretis ſuis latet. i
cognitus intus. appare dico in ira tua.
' i. ī vindicta cōtra diabolū' perfectus ei
iſte nō precat̄ hic aduerſus homīes. ſed
aduerſis diabolū vt poſſeſſionē ei⁹ amit
tat. i. peccatores et impios qui ſunt eius
poſſeſſio. Cum enim iuſtificatur impius
ex poſſeſſione diaboli migrat in templū
dei. et quia ablatio homīs pena eſt dia-
boli. ido dicitur ira dei contra eum. vn
de ſubdit ⁊. exal. in finib⁹' i. in poſſeſſiōe
inimi. me' i. diaboli et angeloꝝ eius. vt
ibi honoris a conuerſis qui prius erāt
poſſeſſio diaboli. et quia ſuperbus dia-
bolus per humilitatem vincitur. oſten-
dens qualem vult apparere chriſtum:
Subdit.

**Exurge domine deus meus in precepto quod mandaſti: ⁊ ſynagoga populorum circumdabit te.**
Exurge id eſt appare domīe deus meus
in precepto hūilitatis quod mandaſti' i.
quia humilitatem precipis. eam prior
imple. humilis appare. vt a te diſcant a
lij ſuperbiaȝ vincere. ne poſſideantur a
ſuperbo. dico appare humilis. et ita ſy-
nagoga id eſt congregatio populorum
circundabit te. quidam amando. quidā
perſequendo' circūdederunt enim chri-
ſtū populi vel humilē ꝯtemnētes vt per
ſequētes. vel amando. vt credentes.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et o domine re. resurrgendo et aſcendē do. in altum. id eſt. in celum. propter hanc. i. propter ſynagogam credituram vt de alto mittas ſpiritum. quo fit con- gregatio. Uel propter hanc. ſ. propter ꝑ ſequentem ſynagogam regre. in al: te illi ſubtrahendo. q. quia locum non habes in malis: ſubtrahe te illis ¶ Uel ita. ab illo loco. exurge in precepto. vbi precat̄ chriſti reſurrectionem: ſicut in preceden ti verſu eiuſdem incarnatōnem. q. appa re per carnem. Et o domine deus meus. exur. i. toto orbe notꝰ efficere reſurgendo et hoc in precep. implendo quod man. i. vt preceptū humilitatis quod manda ſti facias homines adimplere. et hoc in- de ſequitur: qꝛ ſyna. po. i. d̄ diuerſis po pulis. vel ſpecialiter d̄ iudeis. circunda bit te. amando vel perſequendo: ſicut an te dictum eſt. Et propter hanc. ſ. propter amantem ſynagogam: regredere in altū. i. fac eos qui te amant ſcire tuam omni- potenciam: qui deſcendiſti vt te viderēt ¶ Uel propter hanc. i. propter ꝑſequen tem in qua locum non inuenis. regrede- re in altū. i. ſubtrahe te his. qui te perſe- quunt̄. et conueit hec ſententia in ꝑte cū precedenti. ¶ Uel ita ab illo loco. Exur- ge do. in ira t. i. exerce iram tuam contra inimicos meos. ſ. iudeos dicit eccleſia. Deinde: quaſi exponendo ſubdit. et pro i. exal. in fi. inimi. m. o chriſte. i. altꝰ ef- ficere et incognitus inimicis meis: q̄ ſūt et tui inimici. vt te nō intelligant. vn̄ eſa ias. qui nō credunt: nō intelligent qđ eſt ſilentium vnde intitulatur pſalmus. vt ſic te crucifigant. et Exurge. do. deus. m. in precepto qđ mandaſti. i. cum appares humilis qui humilitateꝫ precipis: altus eſto. ipſe enim humilitate exaltatus eſt. i. nō intellectus et per hoc ꝙ nō intelli- gūt te iudei qui crucifigunt: credent in te gentes ⁊ ita ſyna. po. i. plenitudo gen tium circūdabit te: credendo et propter hanc ſynagogaꝫ gentiū regredere in al. i. rurſus deſine intelligi. quia iſta ſyna- goga te offenſura eſt et a fide receſſura. vnde ait dominus in euangelio. Putas cum filius hominis venerit: inueniet fi- dem in terra? Refrigeſcet enim charitas multoruꝫ. et abundabit iniquitas: et do minus in altuꝫ regredietur: vt a paucis ſyncera fides: et ab oīm prauarū opini- onū labe purgata: teneatur. et quomo- dolibet hic locus exponatur: conuenien ter ſequitur.

## Dominus iudicat populos.

Domius iudicat populos. Tercia pars vbi agitur de iudicio regreſſi. i. chriſti. cuius regreſſio multipliciter ſupra expo ſita eſt: poſtquā de iudicio congrue ſub dit. Poſt aſcenſionem nāqꝫ in celuꝫ que regreſſio accipitur: apte ſubijcit de iudi cio: quia inde vēturus ē iudicare viuos et mortuos. Uel cum peccantes chriſtia nos deſeret intelligentia v̄itatis. que iteꝫ regreſſio dicitur. ſm aliam ſententiaꝫ ve niet iudicare. i. iudicabit. Q. dixi regre- dere: et poſt regreſſionem Dominus iu- dicat. i. iudiciabit. populos. quod iudi cium nō timens perfectus audet orare.

## Judicā me domie ſm iuſticiā meam: et ſecundum innocenti am meam ſuper me.

Judica me ſm iuſticiam meam. que eſt i bonis faciendis. et ſm innocentiam meā quia ſine malis ſum: quia nō reddidi re- tribu. mihi mala. Et nota quia penitēs ſupra in penitentiali pſalmo aiebat. ſal- uū me propter miſericordiaꝫ tuam: in q̄ vocat ad penitentiam: nullūqꝫ meritum ſuuꝫ commemorat. Nunc vero iam vo- catus. quia precepta ſeruauit ſm iuſtici am petit iudicari. ſequitur. ſuper me. q. dico iuſticiam meam. et innocenciaꝫ me am. que tamen iuſticia. ⁊ innocencia ſūt ſuper me. quia a deo ſunt. nō a me.

## Conſummetur nequicia pecca torū et diriges iuſtum: ſcrutās corda et renes deus.

Conſūmet̄ neq̄. q. dn̄s iudicabit. ⁊ interi Neq̄. pe. dſ. i. ꝑficiat̄. vt q̄ in ſordibꝰ eſt ſordeſcat adhuc: vt iā tādem veiat iuſtū iudicium: et predicit non optat. ⁊ quia creſcēte inuidia maloꝝ. creſūt merita iu ſtoꝝ ſbdit. et diriges. q. conſūmet̄ nequi

ciā malorum et ex eo. dixi. iuſt. vt iuſtus iuſtificetur adhuc. et quia propter ſimulationem nō cognoſcit ab homie vbi ſit iuſticia: ſubdit ꝙ deo tm̄ cōuenit. tu di co o deus ſcru. cor. et re. i. cogitationes et delectatōnes quas in occl'to ſcrutat: vbi nl'lus videt. niſi ipſe qui ꝓſpicit corda. i. ipſe: de. eni ſolus ſcrutatur corda. i. quid quiſqȝ cogitet ⁊ renes. ſ. quid quē qȝ delectet: quia finis cure ⁊ cogitatōnis eſt delectatio: ad quā cura et cogitatōe nititur quiſqȝ peruenire: que delectatio per renes accipitur. quia in renibus eſt generandi voluptas ꝑ q̄m i hāc erūnoſam. fallacis. leticie vitā per ꝓlis ſucceſſionē natura humana infunditur. opera autem noſtra que ſunt in dictis et factis poſſunt videre homines: ſed quo amio fiant et quo venire cupiant: ſolus deus videt: qui cum videt cor eſſe in deo ⁊ nō delectari in carne ſed in dn̄o. i. cū bone ſunt cogitatōnes et earum fines: dirigit iuſtū: et non ſolum dirigit ſed etiam adiuuat: Unde ſubdit.

**Juſtum adiutorium meum a domino: qui ſaluos facit rectos corde.**

Juſtum eſt adiu. meum a domino ideo iuſtum quia iam iuſto tribuitur: et eſt quaſi medicina que ſeruat ſalutem. altera eſt que facit. Duo eniȝ facit officia medicine. ſ. morbum ſanare: et ſanitateȝ cuſtodire. Secundum primum: dixit i alio pſalmo. Infirmus ſum ſana me domine Juxta alterum dicit hic perfect⁹. Juſtuȝ eſt adiutorium. m. a domi. qui ſal. fa. re. cor. Et illa enim et iſta medicina ſaluos facit: ſed illa ex egritudine tranſfert ad ſalutem: hec in ipſa ſalute cōſeruat illa ad morbum euadendō remedium: hec auteȝ ne in morbuȝ recidat: remediuȝ preſtat illa ſanamur infirmi: hac cuſtodimur ſani. ¶ Et nota ꝙ ait rec. cor. nec adiunxit de renibus. quia vbi eſt cor ibi et delectatio cum eterna cogitantur. Et quia delectatio boni n̄ ad renes ſed ad cor ꝑtinet.

**Deus iudex iuſtus fortis et paciēs: nūqd iraſcetur per ſingulos dies.**

Deus iudex iuſtus. Quarta pars vbi metu futuri iudicij terret: et ſpem reuerſis ꝓmittit. Q. mihi eſt adiutoriuȝ: ſed o vos iniqui quoꝝ hic nequicia cōſūmatur: Deus vibrauit gladiū ſuum in iudicio ⁊ vere: qȝ ipſe eſt iudex: ipſe eſt iuſtus: ſecūdū merita ſingulis reddens. ipſe ē fortis cui nō reſiſtit. et ſi modo patiēs eſt: qui ſuſtinet i multa patia vaſa ire: et vere eſt patiēs nūquid eni iraſcetur per ſingulos. d. non: ſed expectat ad penitētiam. Unde poſt grauius punit ſi non conuertantur. ¶ Uel ſecundū aliam literam nunqnid adducit iram ꝑ ſingulos dies? Jta in greco inuenitur: et ſignificancius ducitur q̄ȝ iraſcitur: quia non in ipſo eſt ira qua punit: ſed i angelis ire per quos punit: qui non ꝓpter iuſticiam qua nō gaudent ſed propter maliciam pena humana dlectantur non ergo adducit iram deus per ſingl'os. d. i. non congregat ad vindictam miſtros ſuos ꝑ ſingulos dies. ſed per patientiaȝ ad penitentiā inuitat. Sequitur.

**Niſi conuerſi fueritis gladiuȝ ſuum vibrauit: arcum ſuum tetendit ⁊ parauit illum.**

Niſi cō. fu. q. modo ē patiēs. ſȝ Niſi cō. fu. ⁊ iniq: vibrauit gla. ſ. vel frameā ſuam ſplēdificauit. alia litera Gladi⁹ dei ē chriſtus: qui primo aduētu tanq̄ȝ uagina hūilitatis tectus fuit: ſed in ſcdo choruſcabit. lumē ſuis: terror impijs. ¶ Ul' gladiū ſ. vi' i. manifeſtā vindictā exercebit. nec ipredictū ē hoc qȝ arcū. ſ. te. et ꝑ. il. Arcum dicit ſacrā ſcripturam vbi ꝑ cordaȝ noui. t. duricia vetris flectitur et domatur. tetendit ergo arcuȝ temperando vetus. t. per. no. pauit arcum per explanationem expōnis: per quam intelligibilem fecit Et dicit hoc a ſimili. Sicut enim qui tendit arcum minatur: Jta per ſacram ſcripturam minatur malis deus ne putetur remiſſa dei patientia: Q. parauit vt mox miſſurus ſagttam putetur ſicut q̄s arcū pat vt ſagittam mittat.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

**Et in eo parauit uaſa mortis: ſagittas ſuas ardētib⁹ effecit.**

Et in eo arcu'.i.in ſacra ſcriptura:para
uit vaſa mortis.i.hereticos qui ex ſcrip-
turis venenāt animas:ideoqꝫ vaſa mor
tis dicuntur: quos parat in ſcriptura.
non faciendo ſed errare permittendo' et
ex eodeꝫ arcu iaculatur ſagittas ſuas.i.
apoſtolos:de quibus alibi. Sagitte po
tentis acute:quas ſagittas effecit.i.opa
tus eſt ardentibus amore dei:qui his ſa
gittis vulnerati:tanto amore regni celo
rum ardent:vt omnia reſiſtentia ⁊ a pro
poſito reuocātia contemnāt: dicentes'
Quis me ſepabit a charitate chriſti? ¶
Vl' vaſa mortis et ſagittas ꝓ eodem acci
pit.ſ.quedā loca obſcura ſcripture ſacre
Unde mors eſt hereticis praue intelligē
tibus: ſed ardentibus ſtudio cadeꝫ loca
ſunt ſagitte:quia ipſa difficultate intelli
gendi exercitantur:vt ſane capere valeāt
et alijs apire' ¶ Uel vaſa mortis.et ſag.
dicit hereticos: qui ex eodem arcu ſacre
ſcripture in animas non charitate inflā
mandas ſed venenis pimendas: inſiliūt
qd̄ non contingit:niſi ꝓ meritis:hoīm'
Parat enim et diſponit deus:vt quidaꝫ
malo voto legentes:propt̄ peccata male
intelligāt in ſcripturis:qd̄ ē eis pena pec
cati. Et illi. Q.ſpine ⁊ ſagitte a ſomno ex
citant bonos catholice eccleſie filios: vt
ſcripturis intelligendis inuigilēt:vt ma
nifeſti fiant qui ꝓbati ſunt argēto' Hoc
aūt diuine diſpoſitōni tribuitur: nō qꝛ
ipſa peccatores faciat ſed quia ipſa ō ma
lis eoꝝ ordinat:cum peccauerint' ¶ Uel
de bonis vtrūqꝫ poteſt accipi: idem enī
ſunt vaſa mortis quibuſdam:et ſagitte a
lijs:ſm̄ illud apoſtoli. Alijs ſum⁹ odor
mortis in mortem:Alijs odor vite in vi
tam.⁊ eſt ſenſus. Et in eo.arcu.i.in ſacra
ſcriptura.parauit vaſa mortis.i.apoſto
los:qui quibuſdam ſunt odor mortis.⁊
eoſdem effecit.ſa.ſu.i.odorem vite in vi
tam ardentibus amore verbi' Poſt hāc
autem diſpenſatōnem et ꝓ peccatis ma-
loꝝ veniet iuſtum iudicium: de quo dīc
ꝙ non pax dei ⁊ ineffabile lumen de ſe ꝓ
fert:vnde puniantur iniqui:ſed ipſa pec
cata vertuntur homini in penaꝫ:vt que
fuerunt delectamenta homī facienti.ſint
inſtrumenta deo punienti.

**Ecce parturit iiuſticiam et con-cepit dolorem: et peperit ini-quitatem.**

Ecce inquit ꝑturit.⁊c. Quaſi d.hec ꝑa-
uit deus in ſcripturis.' vnō videtur eſſe
cauſa damnatōnis hominum malorum
ſed Ecce quaſi in manifeſto eſt. ꝙ non ex
deo ſed ex homine eſt cauſa damnatōis:
quia iniquus ſimilis eſt aperienti lacum
et effodienti:et incidenti in foueam quā
fecit.et vere:quia concepit.a diabolo.ſ.
per ſuggeſtionem dolorem.i.appetitum
temporalium rerum' Qui dicitur dolor
quia dolor eſt malis de terrenis rebus
amiſſis. pro quibus mala machinantur
Hec ſunt ſemen vnō iniquitas.i.iiuſticia
naſcitur.vnde addit et parturit.i. nitiē
efficere iniuſticiam.ſ. vt decipiat proxi-
mū:et huiuſmodi.et tandem peperit.i.
effecit et emiſit iniquitatem.' Iniquitas
hoc eſt quod iniuſticia. hoc ergo pepe-
rit quod parturiuit.in quo notatur pec
catum operis patrati. Emiſit eniꝫ iniqui
tatem et cum ad actum perduxit. et in e-
miſſa iniquitate eſt lacus.i. precipicium
alijs.vnde ſubdit:

**Lacum aperuit ⁊ effodit eum et incidit in foueam quā fecit.**

lacum aperuit. Q.concepit: parturiuit
peperit:et ſic iam Lacum aperuit.i.com
ꝑabilis eſt aperienti lacum. concipiēdo
ſ.quod eſt dicere.fraudem inchoauit 'ꝯ
ſentiendo ſuggeſtiōi terrenaꝝ cupidita-
tum.et effodit eum.i.ſimilis eſt effodiē-
ti parturiēdo.i.inſtando operi fraudis
et incidit in foueam quam fecit. id eſt ſi-
milis eſt incidenti in foueam pariendo
id eſt fraudem perpetrando ' Prius enī
fraudator leditur damno innocencie.ꝙꝫ
alius damno pecunie. Et:

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

## Conuertetur doloꝛ eiꝰ i caput eius. et in uerticez ipſius iniqui tas eius deſcendet.

Doloꝛ eiꝰ qué cócepit. ꝯuer. i. ca. eius. i. in mentez. ⁊ iniqui. eiꝰ quā peperit: deſ. in ver. ip. i. in ratóez: quā dixerat caput hoc idō: quia noluit ipſe peccatū enade re ſed ſeruus eſſe peccati: libidine dn̄an te ratóni. et ideo: ipſe inferioꝛ grauat̄ in iquitate que ſedet ſuper talentū plumbi in zacharia ꝓpheta. et in illum deſcen det ⁊ onerat. ꝟ nó reuolet ad requié ſan ctoꝝ. ¶ Vel diſtingue inter caput ⁊ ver tícé. et ꝯuertet̄ et deſcendet. Caput é aía vertex ró que é ſupioꝛ ꝑs capitis cui vti qꝫ dn̄ant̄ peccata ⁊ ſupſunt: et pꝰea ſuꝑ deſcendent: cum penas detrudent. ⁊ é. doloꝛ. e. qué ꝯcepit. et iniquitas quā pe perit ꝯuer. in caput. e. i. in aíam: et i uer. ip. i. in ratónem cui dn̄ant̄ hic: et poſtea doloꝛ et iniquitas deſcendet. ſ. cum īpe tu ſuꝑ caput et verticem. cum penis eter nis ſubijciet eum.

## Confitebor domino ſecunduz iuſticiam eius: et pſallam nomi ni domini altiſſimi.

Confiteboꝛ do. Quinta pars vbi é pſal mi ꝯcluſio. qſi eni oía i ſummā colligés dicit ſe alacrit̄ ꝯfiteri. q. et qꝛ adiutoꝛiū meū é a dn̄o: idō cófiteboꝛ do. i. laudabo dn̄m: ⁊ hoc ſcdm. i. ꝓpt iuſti. e. Hec eni ꝯfeſſio n̄ eſt peccatoꝝ ſed iuſticie dei. qui iuſtus iuſtos ꝓtegit. et malos ꝑ ſua ma licia punit. cótra hanc laudem nihil va lent blaſphemie impioꝝ: qui nolétes ſue culpe tribuere: qꝛ peccant: mala ſua excu ſant ꝑ foꝛtunā vel fatū vel diaboluz cui poteſt reſiſti: vel ꝑ aliam naturā que nō ſit ex deo. Hi tales fluctuāt errantes po tius qꝫ ꝯfiteant̄ do: vt eis ignoſcat: Qui aūt videt merita aíaꝝ ſic oꝛdinari a deo vt dū ſua cuiqꝫ tribuunt̄ pl'critudo vni uerſitatis nulla ex parte violet̄: in oíbuſ laudat deū: diſtingués aliud deū feciſſe et oꝛdiaſſe videlicz vniuerſuz bonū: aliō aūt nō feciſſe ſed oꝛdiaſſe vt malū: ſequi tur. ⁊ pſal. oꝑe nomi. d. alti. Pſallere ad gaudiū ꝑtinet. ſicut penitétia peccatoꝝ ad triſticiam. ¶ Poteſt hic pſalmꝰ in ꝑ ſona. xpi. intelligi. ſi ea que hūilit̄ ſunt dicta ad īfirmitaté nr̄am referant̄ quaz ipſe chriſtus geſtauit.

## In finem pſalmus dauid pro toꝛcularibus.

In finem pſalmus dauid pro toꝛculari bus. Nihil ď viſibilibꝰ toꝛcularibus i textu huius pſalmi dr̄: ſed de ſpūalibus ꝑ viſibilia toꝛcularia ſignificatis. i. de ec cl'ijs: qꝛ de eccl'ie ꝯſtitutóne et cā cóſtitu tionis hic agit̄. ſ. de chriſti aſcenſione et ſpūſancti miſſione. Cū eni dn̄s pꝰ reſur rectioné aſcendit: miſit ſpiritūſanctū in apl'os et alios fideles. quo impleti pꝛedi cādo eccl'as ꝯgregauerūt. Eccl'ia auté dr̄ toꝛcular eadé róe q̄ dr̄ area. Multis eni et varijs ſilitudinibꝰ: ead res i ſcripturiſ ſepe inſinuat̄. Ideo vō aree vl' toꝛculari ꝯpat̄: qꝛ ſicut i area grana a paleis: et in toꝛcularibus vinū diuiditur a vinacijs ita in eccl'a boni a malis opere miniſtro rū ſeperant̄: nō loco ſed affectu: et quaſi a tegumétis purgantur: vt frumenta in area a paleis: et in toꝛcl'aribus vina exu untur a vinacijs: que tn̄ neceſſaria erant vt ſimul naſcerentur ⁊ creſceꝛent: ad ma turitatemqꝫ peruenirent. Ita in eccleſia admixtio maloꝛum eſt neceſſaria bonis: qui ſimul incipiunt. vt creſcant et ꝯſū mantur. ſed boni in bono: mali in malo In futuro vero: etiā loco ſeꝑabuntur. cum frumenta recondentur in hoꝛreis. palee vero comburentur igne inexting uibili. Vel eccleſia ideo dicitur toꝛcu lar quia in ea intellectꝰ verbi dei: duz ſo no vocis miniſtratur: quaſi vinum in cluditur vinacijs: et ſic fertur ad aures. q̄ſi ad toꝛcular vbi diſcernit̄: quia ſonꝰ valet auribus. Intellectꝰ vero a memo ria auditoꝛum quaſi quodam lacu exci pitur: Inde in mentis habitum et moꝝ diſciplinaz: tanquā de lacu in cellas trā ſit: in quibus ſi negligencia non aceuerit vetꝰtate firmabit̄ ¶ Vel toꝛcl'aria ſūt eciā martyria: ꝟ coꝑꝛa coꝝ q̄ ꝓ xpi noīe affli

ctōne perſecutōnū calcanť: quaſi acina remanēt in terra. aīe vero ad requiē habitatōis celeſtis emanāt. ⁊ quia hec fiūt in eccleſijs: ideo ipſe eccleſie torcularia dicuntur et eſt ſenſus tituli. ¶ Pſalmus iſte dauid ꝓphete tendens in finem. i. in chriſtum. qꝛ agit de exaltatōe chriſti ſecū dum duas naturas: eſt agens ꝓ torcularibus. i. de eccleſijs: de quaꝝ cōſtitutōe et cauſa cōſtitutōis: agit. ¶ Intentio eſt hic ꝓphete. errorē iudeoꝝ qui dicūt in iudea tm̄ notum deū: et donatiſtaꝝ qui tm̄ notum in affrica dicunt: et ſimiliū cōfutare. ¶ Modus. Biptitus eſt pſalmus. Primo laudes dei deſcribunť. ſ. maieſtas eius. et opatio excelſa. Secundo dicit naturā hominis o lim viciatā: in chriſto ſuper omnia exaltataꝫ: ibi. Quid eſt homo. A laude ergo incipiens propheta ait. D.

**Domine dominꝰ noſter: quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terrā.**

Domine oīm ſcōm potentiā. qui es ſpecialiter. do. no. ſcōm receptōem et cultū nomē tuū. i. glā et fama admirabile eſt: ppť creatās q̄s feciſti et regis. ⁊ q̄ꝫ admirabile ē. q. infinite. Nullus ei ſufficit oēs creaturas cognoſcere. in q̄bus admiramur te. admirabile eſt dico: in vniuer. ť. nō in Judea tm̄ vt dicūt iudei: nec tm̄ in affrica vt dicūt donatiſte. Ne ergo iudei vel quilibet alij: ſibi vendicēt q̄ſi ꝓpriū qd̄ eſt cōmune oīm: qd̄ eſt intentio pſalmi. et dirigiť ſermo ad deū trinitatē. Deinde ſupponit in parte ꝑ quid eſt admirabile loquēs ad deum patrem.

**Quoniam eleuata eſt magnificentia tua: ſuper celos.**

Qm̄ eleuata eſt. Q. ꝑ hoc eſt admirabile qꝛ magnifi. t. i. filius tuus deus hō. eleuata eſt de terrena hūilitate ſupeꝛ celos. ad liť. ibi ad dexteraꝫ dei patris ſedens. ¶ Vel eleuata eſt ſuꝑ celos. i. ſuꝑ ſcripturas. qꝛ excedit eloquia oīm ſcripturaꝝ ¶ Vel eleua. ē. incōprehenſibilitate. ſuꝑ ce. i. ſuꝑ oēs rōnales creaturas. ¶ Vel magnifi. t. i. fama et gloria tua idem qd̄ añ dixerat nomē ele. eſt ſuꝑ ce. i. ſuꝑ ſcripturas: quibꝰ ad plenū ñ explicať. Scripture aūt dicunť celi eo ꝙ diuina myſteria celant. Et o dn̄e tu:

**Ex ore infantium et lactentiuꝫ perfeciſti laudem propter inimicos tuos: ut deſtruas inimicum et ultorem.**

Perfeciſti. la. ex ore infan. Infātes et lactētes. nō ꝓ etate dicit ſed ꝓ ſimplicitate ſicut petrus in epl'a canonica ait. Quaſi modo geniti. ⁊c. Qui. ſ. nondum eſcam ſed lac caꝑe poſſūt: quales erant illi. q̄bus apl'us dabat lac: dicens. tanq̄ꝫ ꝑuul' in chriſto lac potū dedi vobis nō eſcam: quos ſignificabāt illi. qui dn̄m venientē ad paſſiōeꝫ laudabant. in quos hoc vtiť dn̄s teſtimonio cū iudeis dicētibꝰ vt eos corripet: reſpōdit. Non legiſtis ex ore infantium: ⁊c. Bene autem non ait feciſti. ſed perfeciſti. Ex his enim perfecit deus laudeꝫ. quia ſi ſoli perfecti eſſent in eccleſijs. non ita conſuleretur humano generi ſicut nunc cum etiam minimi nonduꝫ capaces cognitionis rerum ſpiritualiū atqꝫ eternarum nutriuntur fide temporalis hyſtorie. et deum laudant. et eſt ſenſus. perfeciſti laudem ex ore infantiū et lactentium. i. non ſolum a perfectis ſed ab incipientibus predicaris. ⁊ hoc feciſti. propter inimicos tuos. deſtruendos. et vt deſtruas inimicum et vltoreꝫ. vel defenſorem. Alia litera. Inimici ſūt generaliter omnes. qui diſpēſationi per crucifixum facte: contraria dicunt. Defenſores videntur heretici fidei et phyloſophi ſapientie. cum tamen et illi fidem et hi ſapientiam veram impugnent. ¶ Vel infantes etiam et lactentes dicit apoſtolos: quia ſtulta mundi elegit deus vt for. cō. vñ ꝑfectōꝛ ē laus: qꝛ ad eā ñ hūa-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

na ſapiā:ſed diuina grā accendit.et ē. Ex
ore īfan.⁊ la.⁊ apl'oꝝ perfeci.lau. Ul' de
pueris hebreoꝝ pōt accipi.quia ex v̄bis
illoꝝ pueroꝝ ꝑfecta ē laus.quod tn̄ vi-
debat̄ pueriliter agi:ſ; ſc̄tīſpūs. īſtinc-
tu fiebat ⁊ ē ſenſus. Ex ore infan.⁊ lac ꝑ
fe.la.i.ex v̄bis pueroꝝ hebreoꝝ perfeci-
ſti laudem.et hoc totū ꝓpt̄.inimi.t.cō-
fūdendos.ſ.paganos. Ideo enī a talib⁹
laudari voluit:ne videret̄ hec ſapiētia
hūana ſed diuinitus data.⁊ hoc ideo fe
ciſti vt deſtru.ini.i.iudeū:⁊ vlto.vel de
fenſorē. Iudeus enī inimicus ē dei:du;
patrē ſolū defēdit:quia qui nō honori-
ficat filiū:nō honorificat patrē:vel ini-
micus ē voto.⁊ vltor.ſ.ſue ſecte defēſor
Sequitur:

**Qm̄ uidebo celos tuoſ opera digitorū tuorū:lunam et ſtel-las que tu fundaſti.**

Qm̄ videbo.ce.t.q.v̄e ꝑfeciſti laudē ⁊ d̄
ſtrues inimicū. Qm̄ vi.ce.t.i.preuideo
iam ꝑ ſpiritūſanctū apl'os.⁊ videbo eti-
am preſencialit̄ ī poſteris.hoc dicere bn̄
ꝯuenit ꝓmitiuis.celos dico:qui ſunt o
pera:di.tuoꝝ.quia coopatione t̄nitatiſ
inſtructi ſunt:que t̄uitas ī digitis ſigni
ficat̄ hic:vt et ibi: Qui appēdit tribus
digitis molē terre.⁊ ꝑ eos celos videbo
etiā edificari lunā.i.ī vniuerſalē eccleſiā
⁊ ſtellas.i.eccleſias ſingulatim ꝑ loca di
uerſa. Uel doctores alios que tamē.ſ.lu
nam ⁊ ſtellas. Uel q̄s.i.ſtel.tu.fun.nō il
li. Apl'i enī miniſtri ſūt edificātionis:tu
vero auctor l' fūdator. Uel aliter ab ilio
loco. Ex ore.⁊ procedit̄ de illa ſnīa:in q̄
celos apellauit ſcp̄turas.q; ergo dixerat
chriſtū excedere oīum ſcripturaru; elo-
quia:forte videret̄ ꝙ ꝑ ſcripturas ad e-
ius notitiā paruuli ꝑuenire vel aſcēde-
re nō valerēt.hoc āt remouēs dicit eu; e
tiam infātibus ſcripturas hūiliaſſe:per
qō et ipſi magnificētiā dei capent:⁊ ini
mici deſtruēt̄.⁊ hoc eſt: Sup ſcripturas
eleuatus ē fili⁹:et per illas tn̄ Perfeci.
lau.ex ore infantiū ⁊ lactētiū.ideſt illas
ſcripturas inclinaſti infātibus.et lacten
tibus ad aſcendendum.vt ſic foret laus
ꝑfecta quod eſt per ſcripturas quas in-
fantibus inclinauit. Unde alibi incli-
nauit celos ⁊ d̄ſcendit.⁊ hoc feciſti pro
pter inimi.t.ſ.inimicos crucis chriſti de
ſtruēdos.et q̄i exponēdo ſb̄de vt d̄ſtru
as inimicum et vltorem vel defenſorem
⁊ accipit eoſdē ꝑ inimicu; ⁊ defenſore;
quos dixit īimicos:omnes.ſ.qui cruci
chriſti cōtradicūt. Qui deſtruunt̄:cum
vident̄.i.intelligunt̄ ſcripture vſq; ad i
fantiū capacitatē ducte:⁊ ꝑ eas vſq; ad
robur nutriunt̄:et ad ſublimitatē intel
ligentie erigunt̄.de quibus ſubdit. Qm̄
vi.celos.q.et v̄e deſtrues dicit prophe
ta in perſona eccleſie. Quoniam vide-
bo celos tuos ideſt intelligam ſcriptu-
ras ſacras:que ſunt.opera digitorum
tuorum.ideſt ſpiritu dei facte ſunt.cui⁹
ſepte; ſunt dona cū ſit vnus ſpūs.ſicut
plures digiti ſunt in vna manu:et vi-
debo lunam.i.vniuerſalem eccleſiam.⁊
ſtellaſ.i.eccl'ias ſingulas l' doctōes que
vel quas tu fun.in celis.i.in eis d̄ ſcrip
turis collocaſti.quas celorū vocabulo
poſitas credim⁹.

**Quid eſt homo ꝙ memor es eius:aut filius hominis quoniam uiſitas eum.**

Quid eſt homo: Secunda pars.vbi
dicit naturam hominis olim viciatam
in chriſto ſuper omnia exaltatā. Prius
enim oſtenderat omnipotentiam dei-
tatis. Ideoque congrue in hac parte a-
git de exaltatione humanitatis:ſed pre
mittit de humiliatione totius humane
nature oſtendens nullum eſſe penit⁹ ho
minis meritum dei beneficio dignum.
Quaſi diceret:Et q; hec oīa ꝑ filiū ſunt
ergo. Quid ē homo.⁊c. Uel ita ꝯtinua
Eleuata eſt magnificentia et cetera. Quid
eſt homo ꝙ memor es eius aut filiu⁹ ho
minis: Per hominem accipiuntur pec
catores per filiū hominis:ſpirituales.
Diſiunctio enim aut īnuit diſtare inter
hominē et filiū hoīs. Oīs enī fili⁹ hoīs
eſt hō ſed nō econuerſo:vt ada; qui fu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

it homo.ſed nõ filius hominis.hõ ergo
hic accipitur omĩs qui portat imaginẽ
terreni.i.omnis peccator et carnalis.Fi
lius hominis accipitur omnis qui por-
tat imaginem celeſtis.i.chriſti. Et meri-
to nouus homo filius hominis dicitur
quia nouus ex veteri quadam mutatõe
fit.Spiritalis enim regeneratio qua in-
nouatur mutatõne vite terrene atq̃ ſe-
cularis:a deo inchoatur:vtrũq̃ vero re
ſpicit miſericordia dei: ſed illũ quaſi lõ
ge ſeiunctum a deo:iſtum.i.filium ho-
minis quaſi preſentem. Ideoq̃ cum de-
ſpectu ꝓnuntians ait.Homo peccator
terrenus quid eſt? ꝙ tu es memor eius.
quaſi longe poſiti: cuius deus memor
eſt:dando ſalutem temporalem.ſ. bene-
dictionem ſiniſtre.vnde alibi:homines
et iumenta ſaluabis domine. Aut filius
hominis.i. ſpiritalis qui portat imagi-
nem celeſtis quid eſt?quoniã viſitas eũ
Quaſi preſentem: qui prope eſt deo mũ
ditia vite. et idõ pñs viſitat.i.lũie vul-
tus dei illuſtratur.vnde alibi.Signatũ
eſt ſuper nos lumen vultus tui.a pecca-
toribus vero longe eſt ſalus.¶ Vel per
hominem accipit generaliter quẽlibẽ ho
minem:et per filium hominis: chriſtum
hominem.Et eſt. Quid eſt homo: quili
bet vilis.miſer. ꝙ memor es eius? Eius
memor eſt deus miſerẽdo.aut filius ho-
minis.hic voce ſurgendũ eſt.i.chriſtus
homo.Quid eſt? Quoniam tu per eum
viſitas eum.ſcilicet hominem.quod fu-
it.cum verbum caro factum eſt: in qua ĩ
carnatõne medicus celeſtis venit ad in-
firmos:⁊ factus eſt dei filius:hoĩs filius
de quo ꝓpter carnis ĩfirmitatẽ:Subdit.

**Minuiſti eũ paulo minus ab angelis: gloria et honore coronaſti eũ:et ꝯſtituiſti eũ ſup opa manuũ tuaꝝ.**

Minuiſti eũ q.d.ñ mo
do in alijs hũana nat̃a ẽ hũiliata: ſ; etiã
in ipſo chriſto:quia minuiſti eum.qui ẽ
caput omnium fidelium.minus ab an-
gelis quia paſſibilis ⁊ mortalis:ſed pau
lo.i.paruo tempore. quia in alijs ſupat
angelos:quibus impat.Dico minuiſti:
ſed poſtea coronaſti eum gloria.i.corpo
ris incorruptibili claritate: et hono. vt
omnibus ſit venerabilis.Et bene ait co-
ronaſti.quia circulus mundi:qui eſt q̃ſi
ſimilis corone ad fidem eius venit.ſequi
tur.et conſtituiſti eum.i.ſtabiliſti.ſuper
opera manuũ tuarum.Quia ergo ⁊ an
geli ſunt opera manuũ dei: et ſuper eos
ꝯſtitutꝰ eſt vnigenitꝰ dei filius.Sequit̃.

**Omnia ſubiecciſti ſub pedibus eius:oues et boues vniuerſas: inſuper et pecora campi.**

Omnia ſubiecciſti.q. dico ꝙ conſtituiſti
eum ſuper opera:Omnia ſubiecciſti ſub.
pedibus.e.i.ſub dñio et poteſtate eius:
et enumerat que.ſ.oues. ⁊c.Cur relictis
altioribus.ſ. exercitibus angelorum. et
ipſis hominibus:hec ima dicit?ſed miſti
ce intelligendum eſt. Oues ergo inno-
centes dicit.Boues dicit illos:qui ope-
rantes:terrenos faciunt fructificare: Et
hoc de angelis ⁊ hominibus dicitur:vt
de omnibus probet ꝙ ſubiecti ſunt chri
ſto.et eſt.ſubiecciſti ei oues.i.innocentes
tam homines q̃ angelos et boues.ſ.arã
tes et triturantes:q̃ in vinea domini vo
mere ſpiritali arbuſta criminis conſcin-
dunt.Boues dico: vniuerſas. feminino
genere vtitur:vt notet fructificantes: q̃
ſemine verbi dei.hominum corda fructi
ficare faciunt.et illi ſunt: homines ⁊ an
geli.ſequitur.inſuper.⁊c. Q.non tantũ
boues ſubiecti ei: ſed inſup et peco.ca.
ꝑ hoc qd̃ dicit inſup:diſtiguit hec a pre
dictis ſcis.hec enim ſunt acina ſicut pre
dicti ſunt vinum. et malos ergo chriſto
ſbiectos eſſe notat:qd̃ minus videretur
qd̃ ſignificat cũ ait.et peco.ca.i. carna-
les.in amplitudĩe voluptatũ.tanq̃ ĩ la
titudine campoꝝ.ñ in mõtibꝰ v̓tutũ ha
bitãtes.Pecora ergo campi:ſunt hoĩes
q̃ in carne viuũt:vbi nil arduũ:nil labo
rioſũ aſcẽdũt: ſ; lata via ẽ cui inherent.
que ducit ad mortẽ. vñ etiã ⁊ abel a fra-
tre in cãpo occiditur. Et ſubiecciſti ei:

**Volucres celi ⁊ piſces maris: qui pambulãt ſemitas maris.**

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Volucres celi.i.ſupbos.^t bene p volu
cres celi ſignificanť ſupbi:ď quib⁹ dicit
Poſuerūt i celū os ſuū:quorū caput di
cit.aſcēdā i celū.⁊ exaltabo ſoliū meum
et c. Sequiť.et piſ.ma.i.ocioſos.qui p
am.ſe.ma.i.qui i ꝓfundo ſeculi tempa
lia que q̄ſi i mari ſemite:cito vaneſcunt
inquirūt ptinaci ſtudio: vñ recte nō ait
ambulāt: ſed pambulāt.^t p hoc oſtēdēs
ptinaciſſimū ſtudiū inania et pfluentia
requirentiū. Hec aūt tria genera viciorꝫ
id ē.voluptas carnis:ſupbia: et ocioſi
tas icludūt omnia vicia: que ſicut ioan
nes ait ſūt:cōcupiſcētia carnis:ambitio
ſeculi.i.ſupbia: et cōcupiſcētia oculorꝫ.
Per oculos nāqꝫ ocioſitas maxīe preua
let. De his trib⁹ temptatus fuit domin⁹
et ſaluator et vicit:^t quibus primus ho
mo victus ſuccubuit. Sequitur.

**Dñe dñs noſter:q̄ꝫ admirabi**
**le ē nomē tuū i uniuerſa terra.**

Domie do.no. Ecce ꝯcluſio pſalmi.ec
ce quo totū tēdat. Q.et qꝛ hec oīa feciſti
ergo o dñe do.no.etc. Decēter ꝑncipiū
repetit:oſtēdens initiū et finem boni ad
deum referendum.

**In finē ꝓ occultiſ filii priſ dď**

In finē ꝓ oc.fi.pa.da.^t Cuꝫ diciť fili⁹
nec addiť cui⁹. ſicut hic p excellentiā in
telligiť chriſt⁹:qui eſt vnigenit⁹ dei fili
us: ſicut ipſe ſine additamento de ſe ait
Si filius vos liberauerit:vere liberi eri
tis. ¶ Vel filius ē etiā ipſi⁹ dauid: qꝛ de
eo ē nat⁹ cū dicit ꝓ occultis:nominādo
occulta filij:dat itelligi qꝛ alia e⁹ ſūt ma
nifeſta ¶ Sciendꝫ ergo quia duo ſunt
aduentus chriſti.^t Prim⁹ i humilitate
qui occult⁹ fuit iudeis: qui cecatis iude
is gētibus ꝓfuit. vnde cecitas cōtigit in
iſrhael: vt plenitudo gētiū intraret. Se
cund⁹ i maieſtate:qui omnib⁹ erit mani
feſtus. Duo etiā ſunt iudicia dei.ſ.occľ
tū quod nūc agiť:quod incipit a domo
dei.i. pena qua nūc quiſqꝫ hominū vel
exerceť ad purgatōeꝫ: vel moueť ad cō
uerſionē: vľ ſi ꝯtemnit dei vocātis diſci
plinā excecať ad damnatōꝫ. Manifeſtū
aūt iudiciū eriť i vltio.cū cuiqꝫ ŕtribuet

iuxta merita ſua ¶^t Hic ergo agit ď occľ
tis.i. de hūili aduētu: qui cecatis iudis
ꝓfuit gētib⁹: et de pēa q̄ iudicat purgan
do: ꝯuertēdo: excecādo.et ē ſēſus tytuli
¶ Pſalm⁹ iſte dauid ꝓphete. qui hic lo
quiť i pſona eccľie: dirigēs nos in fineꝫ
id ē.i chriſtū ē ꝓ occultis.i.agit de oc
cľtis filij.ſ.dei.vľ filij.^t ipſi⁹ dď de quo
nat⁹ ē chriſt⁹ ſm carnē. ¶ Intētōe mouꝫ
vt nō caſu vel fato quis credat mūdū re
gi.ſꝫ iuſto iudicio di ¶ Mod⁹.v.ſunt p
titōes^t Prio ꝓpheta let⁹ pſallit:qꝛ culťa
diaboli aduētu chriſti deſtruiť.et chri
ſt⁹ regnat.iudicat.adiuuat. Scđo fide
les ꝓuocat ad laudem ibi. Pſallite do.
Tercio finē malorꝫ venturꝫ pctōrib⁹ cuꝫ
antichriſto predicātib⁹ ibi. Conuertanť
peccatores.^t Quarto mala tpis antixpī
ptractat ibi. vt quid dñe. Quinto preca
tur iudiciū maturari ꝓpter antichriſtū
vt factorꝫ mala finianť ibi. Exurge. Con
tra illos ergo qui ď flore malorꝫ et labo
re bonorꝫ murmurant. putātes nō diui
na diſpoſitione ſed caſu hoc contigere.
loquitur hic propheta.

**Confitebor tibi domie in**
**toto corde meo:narra**
**bo oīa mirabilia tua.**

Confitebor ť. Q. quidaꝫ murmurāt et
detrahunt:ſed ego Confitebor ti.do.i.
laudabo te quicūqꝫ detrahat. et hoc in
toto corde meo:^t nō in pte vt faciūt illi
q̄ quedā opa dñi approbāt:quedā blaſ
phemāt.ſꝫ ego Cōfit.ť i to.cor.m.^t qꝛ in
nullo de ꝓuidētia dei dubito:ſꝫ oīa re
cte agi ſentio que ſtulti temere et cāu agi
putāt.⁊ etiā nar.alijs.mi.t.ñ nřa.⁊ oīa
gnālit ñ ſpēalit p ſinguľa.ſ.viſibilia et i
uiſibilia. Oīa.n.narrat qui ď viſibilib⁹
trāſit ad iuiſibilia: vt qui dicit eū qui la
zarꝫ ſuſcitauit i corpe paulū ſuſcitaſſe i
mente: quod maius ē ⁊ excellentius. vel
narrabo omnia mirabilia tua.i. que
cunqꝫ dicaꝫ de tuis operibus ſunt mira
bilia. Sequitur.

**Letabor et exultabo in te:et**
**pſallam nomini tuo altiſſime.**

Letabor.q.alijs narrabo:et etiam apud me. Letabor:et exul.quod plus ē q̄ȝ letari. Exultatio eīm̄ eſt intenſa letitia. Letabor dico et exul. in te nō in ſecularibus nō in iocunditate rerū labiliū ſed in occultis filij. Alibi non eſt vera letitia. et pſal.ope no.tu.exultando o altiſ.quod faciam vt meo exemplo pſallant et alij. Deinde cauſam laudis ſubijcit dicens.

## In conuertendo inimicū meū retrorſum: infirmabuntur et pibunt a facie tua.

In conuerte. ini.me. Ecce quare predicta facit.q.ideo letabor ⁊ pſallā:q2 in cōuer.ini.me.ſ.diabolū.retror.i.q2 dū diabolū ꝯuertiſti retror:amiſſo iure. qui añ aduētū chriſti precedebat vt dux itineris mortis:infir.i.infirmanť impij. vt nil poſſint vel velint ꝯtra pios vel chriſtū.⁊ pib.q2 nō erūt impij iuxta illud. Cōuerte impiū et nō erit.et hoc a facie tua.ſ.a cognitione dei:q2 iniquitatū eoꝝ nō recordabiť.ita pit ille qui dixit:viuo ego:iā nō ego:viuit vero in me chriſtus. ¶ Uel in malo poteſt accipi:q2 diabolū ꝯuertiſti in fugā:⁊ ideo membra eius infirmabunť.in malis:vt nil nocere poſſint bonis.et pi. in die iudicij a facie tua.i.ab īpugnatōne tua cū dices. Ite maledicti in ig.eter. deinde oſtendens per quid ꝯuerſus ſit diabolus retrorſum:Subdit.

## Quōm feciſti iudiciū meū et cauſam meā:ſedes ſup thronū qui iudicas iuſticiā.

Quōm feciſti iu.me. q.ꝯuer.eſt retror.inimicus:⁊ perierunt impij. ſed quomodo hoc:et p quid. Ecce. Quōm feciſti iudi.hoc fuit.ſ.qñ iudicatus eſt chriſtus.et ſententia in eū data.⁊ cauſam.i.ventilationē de eo factam inter iudeos: quā chriſtus egit ꝯtra impios accuſatus. Iudicium dico et cauſam meum et meam: quia mihi ſeruierunt.⁊ ad vtilitatem meam fuerunt. Qualiter et naute dicunt ventum ſuū quo vtunť ad bene nauigandum. Sequiť ſedes. vť iſti.q.feciſti cauſam meam. p hoc quia ſedes vel iſti. o deus pater.ſuper thronum.i.ſuper animam chriſti.quia deus ſcȝ pater erat in chriſto mundum reconcilians ſibi:tu dico ſediſti:qui iudi. opere iuſti.ſ.vt chriſtus moriať pro genere humano:et per hoc.

## Increpaſti gentes et periit impius:nomen eoꝝ deleſti in eternum et in ſeculum ſeculi.

tenter agā in eo. qꝛ nihil ei reſiſtet. qui
etiā docebit nō q̄i ſcribe et phariſei: ſꝫ tā-
q̄ꝫ poteſtatē hn̄s: addēs legi et mutās q̄-
dā ꝓ volūtate ſua vt auctor legis. iō ait
fidu. agā in eo: qḋ nō in ſeruis.

# Eloquia domini eloquia caſta argentum igne examinatū: ꝓbatū terre purgatū ſeptupluꝫ.

Eloquia dn̄i elo. ca. Hucuſq̄ꝫ fuerūt ver
ba patris de filio. hoc aūt dicit prophe-
ta in ſua ꝑſona: verba predicatōis chri-
ſti cōmendans: quoꝝ ſynceritatem et vti
litatē oſtendit. Q. pater mittet filiū. et
Eloquia do. ſ. filij ſunt elo. ca. i. ſine cor
ruptōne ſimulatōnis. Multi enim pre-
dicant veritatem: ſed nō caſte: quia ven-
dunt illam precio cupiditatis huius ſe-
culi Hoc dicit ꝯtra hoc qḋ ſupra de ma
lis dictū eſt: vana locuti ſūt: et argentuꝫ
dn̄ici eloq̄i eſt exami. ig. qꝛ dn̄i eloquia
per tribulationū ignem ꝓbata ſunt:
ꝯtra illud qḋ ſupra dictum eſt. labia do.
in corde et cor. lo. ſunt. Argento aūt cō-
patur diuinū eloquiū: qꝛ ſicut inter oīa
metalla nihil eſt quod dulciꝰ tinniat ar-
gento: ita inter omnia eloquia ſermo di
uinus dulcius inſonat menti. et illud ar
gentum eſt probatum terre. i. a terra. ſ.
nil terrenitatis habens. et ponitur geni
tiuus hic pro ablatiuo more greco. et eſt
pur ſep. i. perfecte. Septenarius nanq̄ꝫ
numerꝰ ꝑfectōeꝫ et vniuerſitatē ſignificat
Vel ē pur. ſeptu. i. ꝑ ſeptiformē ſpm̄ v̄
bum nitet et rutilat. ſ. per timorem dei.
per pietatem. et per cetera dona ſpiritus
ſancti: que ſunt. vij. per que diuinū elo-
quiū ſplendet: dū verbi dei predicatores
his chariſmatibus refulgent. vnd̄ oſ̄di
tur ſanctū eſſe predicant. Vel ita vt ſpēa
lit̄ d̄ ſmone dn̄i in mōte habito ad diſci

pulos accipiatr.q.et illud argen. diuini
eloquij eſt ſeptuplũ: q2.vij. ſũt gradus
beatitudĩs:de quibus tot⁹ ſermo ĩ mon
te ꝑduct⁹ eſt.ſ.pauptas ſpũs: manſue-
tudo:mĩa ⁊ c.et illud argentũ eſt purga
tũ ſeptuplũ.id eſt.ſeptempl'r.ſ.ꝑ ſingl'a
vij.eſt purgatũ igne pſecutõis. De quo
agitur ĩ.viij.btitudĩe.cũ dicit᷑. Beati q̄
pſecutõz patiũt᷑ ꝑpt̃ iuſticiã et c. Octa
ua ergo btitudo eſt patientia pſecutõis
qua velut igne purgat᷑ argentũ ſeptẽpl'r
id ẽ ꝑm illa.vij.que premittunt᷑ ĩ ſermo
ne.hoc eñ igne purgãt᷑ et paupes ⁊ mi-
tes ⁊ miſericordes ⁊ alij. Jõ in ſermone
vij.premittunt᷑ virtutes:que et beatitu
dines dicũtur:que conſũmant et beatos
faciũt. Octaua autez que redit ad caput
examinat et clarificat:et quod pfectũ eſt
demonſtrat. Sequitur.

## Tu dñe ſeruabis nos:⁊ cuſto dies nos a generatione hac in eternum.

Tu domine ſeruabis nos hic oſtendit
diuinoꝝ vtilitatẽ eloquioꝝ:cõuertẽs ſe
ad dominũ.q.talia ſũt eloquia dñi:iõ.
Domine cui⁹ eloquia ſuut caſta.tu: ñ
noſipſi ſeruabis nos ꝑ illa eloquia:hic
et in futuro. Supra dixit de malis. di-
ſperdat dominus vniuerſa labia dolo-
ſa.hic dicit ꝙ ſeruat agens de bonis.ſe-
quitur.et cuſtodies nos. hic tãq̃ȝ iopes
et paupes:ibi.i.in futuro tanq̃ȝ opulen
tos et diuites.cuſtodies dico ducẽdo.a
gene.hac.ſ.hui⁹ ſcl'i ĩeternũ.i.ĩ eternã be
atitudinẽ.Sequitur.

## Jn circuitu impii ambulãt:ſe cũdũ altitudinẽ tuã multipli plicaſti filios hominum.

Jn circuitu.q.nos ſeruabis. Jmpij aũt
ambulãt in circuitu.i.in cupiditate re
rũ tempaliũ:que.vij.dieꝝ repetitõe vol
uunt᷑.et iõ non ꝑueniunt ĩ octauũ.i.in
eternum quod dabitur ĩ octaua. vnde
pſalmus iſte intitulat᷑. De hoc circuitu
dicit ſalomon in prouerbijs. vẽtilator
eſt impioꝝ rex ſapiens et imittit illis ro
tam maloꝝ.id ẽ.ambitũ volubiliũ:que
tanquam rota voluuntur. Sequitur ſe
cundũ altitudinẽ.q.impij ſunt in circu
itu:ſed filios hominum multiplicaſti.
non quidem in temporalibus:ſed ſecun
dum altitudinem tuam.id eſt.in virtu-
tibus per quas facies eos aſcẽdere ad te
altum contemplandum. hoc ideo adiũ
xit:quia eſt et multiplicatio in tempora
libus:que auertit ab vnitate dei:ſed iu-
ſti multiplicantur ſecundũz altitudinẽ
dei: quando eunt de virtute ĩ virtutez
¶ Uel ita.multiplicaſti filios hominũ:
ſicut ſtellas celi:ſecundum promiſſio-
nem factam abrahe:et hoc non ſecundũ
merita eorum:ſed ſecundũ altitudinem
tuam.i.ſicut te altum decet. XII

## Jn finem pſalmus dauid.

Jn finem pſalmus dauid. Titulus iſte
patet. Pſalmus iſte agit de charitate
chriſti:in qua totius legis perfectõ eſt.
quam qui habet mundum non amat.
Hic enim propheta plenus charitate:
qua auide chriſti incarnationem expe-
ctat:per quam futuram redemptionem
intelligit:in perſona antiquoꝝ patrum
quaſi de dilatõne conquerit᷑ in quo eti
am dilectõ proximi oſtendit᷑: cui⁹ ſalu-
ti hoc optat᷑.vt ſrſtitõe idolat᷑e abiecta
vni⁹ dei cult᷑a ſuſcipiat᷑: Ul'in pſõa ſã-
ctorum modernorum loquitur:ſecũduz
chriſti aduentum deſiderantiũ. vbi cer
ti ſunt de ſalute. Quanto eniz deſiderio
antiqui primum deſiderauerunt aduẽ-
tum.tanto moderni ſecundũ cupiunt.
iuxta illõ.cupio diſſolui et eẽ cũ xpõ. Et
ẽ ſẽſus titl'i tal'.ps iſte dirigẽs nos ĩ finẽ
id ẽ.ĩ plẽitudĩez tpis.vl'ĩ finẽ.i. ĩ cõſũ-
matõz et̃ne btitudĩs ẽ. Dõ ꝑphete q̄ hic
loq̃t᷑ ĩ pſõa antiquoꝝ patꝝ.ꝑmũ xpi ad-
uẽtũ deſiderãtiũ.vl'ĩ pſona modernoꝝ
ſecundũ chriſti aduentũ optãtiũ. ¶ Jn
tẽtõ:ad idẽ deſideriũ inuitat. Mod⁹:bi
ptitus eſt pſalm⁹.prima ps eſt cõqueſtio
de dilatõe aduent⁹ primi ſcõz antiquos
Secũdi iuxta modernos. Secũdo orat
illuminari ne cedat fraudibus inimici.
ibi. Reſpice. Prius ergo propheta in ꝑ
ſona antiquorum de incarnatõnis dila
tione conquirentiũ ait.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

**Vſq̃uequo obliuiſceris me in finem: uſquequo auertis faciẽ tuã a me:**

Dñe obliuiſceris me. i. pñtiam incarnatõis mihi ſubtrahis: vſqꝫ in finẽ. i. vſqꝫ ad tp̃us plenitudĩs. vñ apl's: Cũ venerit plenitudo tẽp. mi. d. fi. ⁊c. et vſquequo: expectabit̃ hoc: Deinde repetit alijs verbis. auertis. fa. tu. a me. ſ. pñtiã filij tui Qui eſt facies tua: que hoĩbus eſt vidẽda. et vſquequo erit hoc: Et:

**Quamdiu ponam conſilia in anima mea dolorem in corde meo per diem.**

Quãdui ponam conſilia. ſ. de diuerſis. vt qui anxius eſt. in. aĩa. m. Magnus ardor ſuſtinentis hic oſtenditur: qui dicit ſibi deeſſe conſilium: vt. i. qualiter vidẽdi mitiget affectũ. Quando aũt magna anxietas eſt cõcupiſcere bonum et diutius ſuſtinere: creſcit deſideriũ in dolorẽ quia ſpes protrahitur. vñ ſubdit: et q̃diu ponã dolorem in corde meo: et hoc ꝑ diẽ: abſolute. i. per ſingulos dies: Et:

**Vſq̃quo exaltabitur inimicus meus ſuper me.**

Vſquequo exaltabitur inimicus meus. i. diabolus ſuꝑ m: hoc ideo dicit: quia ante aduentum chriſti diabolus captiuos tenebat homines. ¶ Vel ſuper me. i. ſuper meã credulitatem: quia ille toto orbe colitur: mea fides eſt in paucis: et quia ſic orbis interijt. plorat hic ſanctus

**Reſpice et exaudi me domine deus meus.**

Reſpice et exaudi. Secunda pars poſt cõqueſtionẽ orat vt illũiet̃ ne cedat fraudibus inimici. iſte qui in mia ꝯfidit. Q. modo dolor eſt: cũ facies tua eſt auerſa cũ exaltat̃ inimicus: ſed o dñe cuius ego ſum ſeru⁹ q̃ es deus meus cuius ſũ creatura: reſp. i. mitte quẽ miſſurus ẽ et exau. m. ꝓ oĩbus loquit̃ iſte: ꝓ quib⁹ generalit̃ petit. Et:

**Illumina oculos meos ne unq̃ꝫ obdormiã i morte: neq̃n dicat ĩimic⁹ me⁹ ꝓualui aduerſus eũ.**

Illu. oc. m. interiores. vt ſi nõ corꝑe videmus. vel. i. ſaltem mẽte videam⁹. ¶ Alit̃ totũ legitur ex ꝑſona modernoꝝ ſcõꝝ et et ſcõm chriſti aduentũ optantiũ: vt cũ eo beate uiuant. et ꝓ dilatõne cõquerentiũ ſic. O dñe. vſ. obli. me. in fi. capiẽdũ. i. quouſqꝫ differſ me. ad ĩtelligendũ chriſtũ ſpũaliter. qui eſt patris ſapia: ⁊ finis rectus omnis intentõis: et repetit. vſqꝫquo auertis faciem tuam a me: i. uſqꝫquo nõ das animee noticam tui: More noſtro loquitur ſcriptura. cum dicit deum obliuiſci. ⁊ auertere faciẽ. Hoc enim non iuxta rerum proprietatem: ſed ꝑ creaturarũ ſimilitudinẽ dicitur. et in eum quippe obliuio nõ cadit. nec aliq̃ ꝑmutatõ. ⁊ Quãdiu po. ꝯſi. in. a. mea. Conſilio nõ eſt opus niſi in aduerſis. et eſt ſenſus. Quãdiu. po. ⁊c. i. quãdiu ero in aduerſis: quod expoñ ſubdens. ſ. quãdiu. ponã dolorẽ in cor. ꝑ di. deinde ponit ꝓ tẽꝑe iſto: quo vult exui dolens: precãſ qꝫ eterna. ¶ Vel per diem. i. cõtinue. vel nõ ſub interrogatõne dicit̃ iſtud. Quãdiu. po. Sed eſt reſponſio precedenti interrogatõni. Q. tamdiu obliuiſceris et faciem auertis: q̃mdiu. po. ꝯſi. i. q̃mdiu neceſſe erit vt ponã ꝯſiliũ. i a. m. ſ. vt niſi ponat q̃ſqꝫ ꝯſiliũ in aĩa ſua: tale. ſ. vt opetur miã: ñ cũ dirigat deus: in finẽ: ne det ei plenã noticiã ſui: vt cũ facie ad faciẽ videat: Deinde ſequit̃. Quãdiu. po. do. in cor. et cũ hoc ñ mutat̃. Sequit̃. ⁊ ¶ Vſqꝫquo exal. ini. m. ſ. m. ſ. diabolus vł carnał ꝯſuetudo. vt aũt hoc tollatur Reſpi. ⁊ ex. m. do. d. m. Reſpice dic̃ ꝯtra hoc: qđ ſupradictũ eſt auer. fa. t. exaudi ꝯtra obliuiſceris me. Illũ. oc. m. cordis ne ũq̃ꝫ obdor. ꝑ ꝯcupiaꝫ q̃ ex me fit i mõte. i. ne pecc̃i delectatõe claudãt̃ ipſi ocłi. Ocłi ei obdormiũt i morte q̃n fidei lũie ſepłto carnali dłcatõe claudũt̃. Vł ne vnq̃ꝫ ob. ĩ mor. i. ne obuoluar quolꝫ criali peccõ. vł ĩ morte. i. in peccõ qđ fit i ſpm ſcm̃: đ quo dic̃ iohẽs. ẽ peccꝫ ad mortẽ. ñ ꝓ eo dico vt quiſ oret dico nõ obdormi

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

am p me:nec etiã p aliũ.et hoc ẽ:nequã. dicat ini.meus^e.i.diabolus qui insultat dũ capit. Quid dicat.preua.aduer.euz. ^iEcce isultatõ diaboli que vehemẽter timẽda est:iõ dico.nequãdo dicat inimicus.Quia.

**Qui tribulãt me exultabũt si motus fuero: ego autez in misericordia tua speraui.**

Qui tribulãt me.s.^idiabol^9 et angeli ei^9 exultabunt si motus fuero.de stabilitate fidei: acsi diceret. Non solum propter me debes illuminare.sed etiã propẽ hoc ne inimicus gaudeat.sequitur. Ego aũt .q.illi tribulãt:ego autem in tua miseri. speraui.nõ de me presumpsi. Quia etiã idipsũ^i ꝙ non cõmoueẽ:non sibi dat sed deo. Uel in misericordia tua speraui.scilicet de aduẽtu christi filij^e Quia etsi festinat iste vir sanctus:tamẽ est patiens: quia etsi differẽ quod desiderat:firmus est in spe.et interius iam videns illum: quem in carne videre desiderat:exultat. Unde subdit.

**Exultauit cor meuz in salutari tuo:cãtabo dño qui bõa tribuit mihi:ꝛ psallã nomi domini altissimi.** Exultauit et c. Q.speraui in misericordia.vñ.Exal.ł bit cor m eũ i salutari tuo.i.in iesu quem mente ventuꝛ conspicio.^e vnde et sibi bona data dicit iste:qui prius conquerebaẽ subdẽs.dominus tribuit mihi bõa spũalia: nõ ad humanũ diem ptinentia. et ei domio q̃ tribuit bona.cãtabo^icorde.s.^e cordis leticia:quod ad contemplatiuã vitã pertinet.et nota ꝙ ait tribuit:non tribuet^e in quo notatur magna virtus fidei. Jã.n. habet quod futuꝛ est.sequiẽ.et psallam ^iopere^e quod ad actiuã vitã ptinet.psallã dico nomĩ dñi al.et est sensus. cãta.et psal.no.do.al.i.cũ gaudio gratias agã corde ꝛ ope^e Si ergo iste fidelis tm̃ desiderat:si sic famulaẽ christo adhuc vẽto Quid faciendũ est iã suscepto: vtiq̃ꝫ omnimõ ei est famulãdũ.

# In finem psalmus dauid.

In finẽ ps dd. Facies quam i precedenti psalmo desidabat,ppheta veire: hic ostẽdiẽ venisse:ꝛ a iudeis cõtẽpta fore. Jõq̃ꝫ ppheta i sua vł xpi psona^e loquẽs:increpat hic isipiẽtiã ꝛ duriciã iudeoꝝ: q̃ xpõ pñti quẽ optauerũt:nõ credũt^e et est iste psalm^9 pm^9 de increpatõe iudeoꝝ:ꝛ conuersiõe.ꝛ ẽ sẽsus titli. ¶ ^iPs iste dirigẽs nos i finẽ:ẽ dauid.i.xpi vł,pphete ¶ Intentõ,pphete ẽ:ↄfutare iudeos christi cõtẽptores ¶ Mod^9 triptit^9 ẽ psalm^9 ^e pma ps est icrepatõ iudeoꝝ dscripta coꝝ malicia^e Scdo minatur iudiciũ ibi. Nonne cog.oẽs. Tercio predicik iudeoꝝ ↄuersio ibi. Quis dabit ex sion. Increpãs ergo iudeoꝝ duriciã ait.

**Dixit insipiens in corde suo: non est deus.**

Dixit isi.q.^e pores pr̃es expectauerũt christũ vẽtuꝝ:ſꝫ cũ appareꝛz. Insipi.i.iude^9.dixit i cor.s.nõ tm̃ ore hic hõ nõ ẽ de^9.hoc ideo dixerunt. Quia.

**Corrupti sũt ꝛ abhoĩabiles fci sũt in studiis suis:non ẽt qui faciat bonũ nõ ẽ usq̃ꝫ ad unũ.**

Corrupti sũt oĩ vi rõis pnati:ꝛ abho.i. re,pbi fa.s.et hoc i stu.s.i.^iq̃ꝫ sclm amãt. ñ deũ.et q̃ꝫ a christo rcedũt:ñ ẽ ð illꝫ q̃ faci.bonũ ¶ Uł ð gẽtilib^9 põt accipi:deũ ñ esse putãtib^9 Insi^i.i.gẽtił.dixit.ñ ẽ de^9:ꝛ hoc dixit i cor.s:ñ i ore^iq̃ꝫ nẽo audꝫ dicere etsi cogitare:ñ ẽ de^9.hoc iõ dicunt. q̃ꝫ Corru.sũt.i.^iceci sũt:vt dicãt nõ ẽ de^9:et abho.fa.s.i.re,pbi^i Sicut.n.ñ,pbauẽt hr̃e deũ i noticiã:ita tradidit illos de^9 i r,pbũ sẽsũ.ꝛ hoc i stu.s.vł affectõib^9.i.q̃ꝫ sclm amãt ꝛ nõ deũ:et iõ ñ ẽ siue ð iudis siue ð gẽtib^9 ñ credẽtib^9:q̃ fa.bo.nõ ẽ dico vsq̃ꝫ ad vnũ.i.^inec etiã vn^9:vł vsꝫ ad vnũ.i.preẽ vnũ.i.preẽ christũ:sine quo nẽo facit bonũ.q̃ꝫ non potest quisq̃ꝫ facere bonũ nisi ipse monstrauerit.

**Dñs ð celo prospexit super filios hominum:ut uideat si ẽ itelligens aut requirens deum**

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Deus de celo proſpexit. Ab hoc loco ſpecialiter agit de iudeis. Q. nullus de eis facit boñ: ſed hoc ē vñ iexcuſabiles ſunt: quia dñs. ſ. chriſtus: ꝓſpexit de ce. i. de humana natura quã aſſumpſit: eminuit virtute deitatis diuina opãs. ipſe dico itendẽs ſuper filios hõim. Vel de celo. i. ꝑ ſanctas aĩas ꝓſpexit. nam ꝑ ſe eũ nihil latet. Celum ſedes dei dicit. Sedes autẽ dei eſt aĩa iuſti Ideo ꝑ celũ hic aĩas ſcãs ſiguificat ꝑ quas ꝓſpexit ſuꝑ fi. ho. non dicit ſuꝑ hoĩes. ſed ſuꝑ fi. ho. i. iudeos quos honoratius noĩat ꝓpter vnius dĩ cultũ. vel dñs pater de celo. i. de ſecreto diuine mẽtis. vel de equalitate dei pr̃is mittendo filiũ: ꝓſpexit ſuꝑ fi. ho. i. miſſus eſt iudeoꝝ: ad quos miſit corꝑaliter filiũ. ad hoc inqꝫ ꝓſpexit: vt videat. i. videri faciat: ſi quis eſt intellig. corde deũ eſſe in hominem aut requi. d. ſequendo mãdata eius: ſed hoc inuenit ꝙ:

**Omnes declinauerunt ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat boñ non eſt uſqꝫ ad unũ.**

Omnes declinauerũt. ⁊c. ❡ Vel ita iũge. vidit ſi aliquis eſt intelligens aut requirens. et hoc inuenit. ꝙ aliquis nõ intelligit: quia nõ requirit. ſed declinat: et vere: nã omẽs declin. Iudei tales facti ſunt: quales ⁊ gentes: de quibus ſuꝑius dixit. ibi. Dixit inſipiens. nõ eſt deus. ⁊c et ſimul cũ ipſa declinatõne inuti. fa. ſ. i. ꝑnicioſi ſibi ⁊ alijs. a deo declinauerunt ꝙ nõ eſt qui. fa. bo. nõ eſt vſqꝫ ad vnum i. preter vnũ. quia nullus facit bonñ ſñ vno. ſ. chriſto

**Sepulcrhũ patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebant: uenenum aſpidoꝫ ſub labiis eorum.**

Sepulchrũ patens eſt gutt. eoꝝ Dicũt hi tres verſus. qui ſunt vſqꝫ ad diuiſionẽ ſecũdam: nõ eſſe de hebreo: quos tñ apoſtolus in epl̃a ad romanos ꝯtra iudeos adducit: ſed dicunt ab apoſtolo ꝓpt iudeoꝝ vituꝑationẽ de multis pſalmis compacti. dicunt etiã a. Lxx. iterpretibꝰ additi. vnde in ſeqñti iſte pſalmus repetitus eos non habet: in quibus oſtendit qualiter illi declinauerũt: inutiles ſint alijs et ſibi. et priuſ quomodo alijs. q. d. Ita alijs inutiles facti ſunt. quia guttur eoꝝ eſt ſepul. pa. i. ſimiles ſũt ſepulchro patenti. quibus verbis vel voracitatꝫ biantis gule ſignificat: vel quia alios occidunt in fetidis que promit: et quaſi deuorant eos quibus morum ſuorum peruerſitatem perſuadent Nam ſicut ſepulchrum cum patet fetidos odores exalat ita et iſtorum guttur ſermões peſtiferos et linguis ſuis doloſe agebant. adulantes alijs Comes enim eſt voracibus adulatio: et omnibus malis. ❡ Vel doloſe agebant mala ſuadentes ſub ſpecie boni: et venenuꝫ aſpidum i. dolus aſpidũ eſt ſub labijs eorũ. i. in corde: quod peius eſt qꝫ in ore. Aſpis aures obturat: ne vocem incantantis audiat. Recte ergo aſpidi cõꝑantur: quia nolunt audire precepta legis. ſed mala reddunt. eis predicantibus ea. vñ ſubdit:

**Quorũ os maledictione et ámaritudine plenum eſt. ueloces pedes eorũm ad effundendum ſanguinem.**

Quorum os maledictõne plenum eſt i. opprobrijs. blaſphẽijs. hoc eſt venenũ aſpidum. et amarititudine. i. miniſ. et pedes eorum. i. volũtates et affectiones eorum ſunt. veloces. quia omnia inconſulte faciunt. ❡ Vel veloces. i. expediti pro conſuetudine malefaciendi. ad effũdendum ſanguinem chriſti et ſuorũ.

**Contritio et infelicitas in uiis èorum: et uiam pacis nõ cognouerunt: non eſt timor dei ante oculos eorum.**

Contritio et infel. Hic oſtendit qualiter iutiles ſibi fuerũt: q. ⁊ qr tl̃es ſũt: iõ Cõtri

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tio et infelicitas eſt in viis eoꝝ.i.i opi-
bus eoꝝ.omnes enim vie maloꝝ plene ſūt
doloribus et miſeria. et recte via ipſorū
cōtritō dicit̃.et ifelix ꝯtritō.q2 et terit ⁊
terit̃.dū aliis nocet ⁊ ſibi. Infelix:q2 ad
infernū ducit.a quibꝰ viis nō reuertū-
tur mali.iō et.i.quia. nō cognoue. viā
pacis.i.chriſtū.et viā pacis.i.euāgeli
um.de qua via dominꝰ ait. Iugū meuz
ſuaue eſt et c.et ſpecialiter de iudeis po
teſt dici.q.ita inutiles ſibi fuerūt q2 con
tritō et infelicitas eſt i viis eoꝝ. quia ꝑ
ſuis opibus cōtriti ſūt p titū et veſpaſi
anū.vbi et infelices ſunt: quia vbiq3 di
ſpſi ſunt.et contritio eſt modo i viis eo
rū.et infelicitas in futuro. Nunc enim
lapis angularis.id eſt.chriſtus ſup coſ
cadens conteret eos per excecationem.
Infelicitas vero erit in inferno.cuz ani
ma et corpore damnabunt̃.et hoc ideo
quia viā pacis nō cogno.hoc non mu-
tatur.et hec omnia ideo.quoniā deum
non timent.et hoc eſt.non eſt timor dei
ante oculos coꝝ. Iſti nō dicunt non eſt
deus.ſicut ſupra gentiles: ſed tamē nō
timent.

**Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatez: qui deuorant plebē meā ſicut eſcam panis**

Nōne cog.et c. Secūda ps vbi minat̃
iudiciū impiis.q.predicta mala faciūt
et nec de his timent in futuro puniuri
Sed nonne tunc cognoſcent omnes qui
operantur iniquitatē.quoniaz dominꝰ
eſt i generatōne iuſta.q. hoc cognoſcēt
tunc:ꝙ modo ſcire nolunt.ſ.ꝙ dominꝰ
eſt in generatōe iuſta.nō i ea que ſecu-
lum diligit que me occidit dicit chriſtꝰ.
et quam iniquitatem opentur:interpo-
nit dicens.qui deuorant plebem meam
ſeducendo et occidendo.ſicut eſcam pa
nis. vt ſit eis ſatietas d̃ deceptōne chri
ſtianorum.vel deuorant plebem meam
.vt faciunt illi qui miniſterio ſuo vtun
tur.ad capienda commoda ab homini
bus.nō ad ſalutez hominū vel ad glori
am dei.et hoc ſicut eſcā panis.id ē.quo
tidie.ſicut panis eſt quotidianus cibꝰ.
ita et illi quotidiana rapina ſimplices
chriſtianos abſorbent. cur hoc faciūt:
quia.

**Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore: ubi non erat timor**

Deum non inuocauerunt. Non enim
vere deum inuocant.qui deo diſplicen-
tia amant. Inde ergo augetur interitꝰ
eorum.quia dominum non inuocant.
quia neceſſe eſt mala agere:cum ſuperbi
deum volunt inuocare. et quia deū nō
inuocauerunt:ideo trepidauerunt tio-
re illic vbi non erat timor.id ē.in dam
no rerum temporalium trepidauerūt:
timuerunt enim iudei perdere regnum
terrenū.vbi non erat timendum: et non
timuerunt perdere regnum celeſte: vbi
eſſet timendum. Et nota:quia ſicut cau-
tela ē opportune timere: ita ignauia eſt
inepte trepidare:vt pro gente et loco ti
more dei abiecto:vt fecerunt iudei.dixe
runt enim. Si relinquimus euz ſic:om-
nes credent in eum.et venient romani ⁊
tollent noſtrum locū et gentē. Sequit̃.

**Quoniam dn̄s in generatōne iuſta ē cōſiliū iopis ꝯfudiſtis: quoniā dominꝰ ſpes eiꝰ ē.**

Conſilium inopis. oſtenſa ſententia dā-
nationis communis aduerſus iudeos
ſpecialiter inuehitur dicens. conſilium
inopis cōfudiſtis.q.dominꝰ eſt in gene
ratōe iuſta.ſ3 vos miſeri iudei ꝯfu. ꝯſi.
io.i.hūilē aduētū chriſti ꝯtēpſiſtis.fcm
ideo:vt quos vocabat i d̃o ſpē ponerēt
nō i ſc̃lo trēſeūti.⁊ iō ipſe aduētꝰ d̃r ꝯſi-
liū. Ecce iuectō i iudeos:quibꝰ obſcure
d̃r.cōſi.ino.i.chriſti ꝯfu.i.recipe nolui-
ſtis.q̃ ad vos liberādos venāt.⁊ ē admi
ratiue legenduz. Vel conſilium.inopis.
cuiuſlibet. qui eſt membrum chriſti. et
hoc ideo feciſtis.quoniam dominꝰ ſpes
eius eſt.vnde ergo magis reuerēdus eſ-
ſet:inde magis cōtemnitur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Quis dabit ex ſyon ſalutarẽ iſrael cuꝫ auerterit dñus cap tiuitatem plebis ſue: exultabit iacob et letabitur iſrael.**

Quis dabit ex ſyon. Tercia ps. Poſtre
mo ↄuerſio iudeoꝝ predicit: que fiet cũ
plenitudo gentiũ intrauerit. Q. vos cõ
ſiliũ chriſti ↄfudiſtis: ſꝫ Quis aliꝰ ex ſy.
on. i. de iudeis ꝓcedens. dabit ſa. iſ. i. ſal
uabit fideles: niſi ſubaudis ille quẽ hu
milẽ ſpreuiſtis: Ipſe enĩ in claritate ven
turus ẽ ad iudiciũ. Q. nullus aliꝰ ſalua
bit. ſꝫ iſte in futuro ſaluabit. qꝛ cuꝫ dñs
chriſtꝰ auer. ca. ple. ſ. i. cũ dãnauerit di
abolũ qui populũ dĩ captiuauit: exult.
ia. ⁊ leta. iſ. Repetio ẽ: ſicut frequẽter ſo
let fieri. Nã ideꝫ puto eſſe. exul. ia.: qḋ ẽ
leta. iſ. ¶ Et nota ꝙ ꝓ iudeis. etiã hoc te
ſtimoniũ eſaie ponit apł'us. ſ. vẽiet ex ſy
on qui auertet captiuitatẽ vel impieta
tem a iacob ſicut hic poſitum ẽ pro iu
deis.

**~~Pſalmus dauid~~: Patꝫ titulus**

Pſalmꝰ dauid. Patꝫ titulus. Pſalmꝰ
iſte ꝓprie ẽ inſtitutoriꝰ moꝝ: et preſũp
tionis repreſſio: vbi agiẗ de vnitate pñ
tis eccleſie et de futura quiete. In preſẽ
ti nanqꝫ eccleſia: qꝛ ꝓpter corꝑalẽ coha
bitationẽ maloꝝ cũ bonis: non ꝑmitti
mur ſcire: Qui vere ſint de vnitate eccle
ſie. Ideo quidã licet indigni: iactãt ſe eẽ
de eccleſia: cũ tamẽ vere nõ ſint. Illoꝝ er
go preſumptionẽ retũdens ꝓpheta qua
ſi ſacerdos ãte ꝓpiciatoria aſtãs: querit
qui et in pñti eccleſia digne deo militẽt
⁊ in futura beatitudĩe ſint quieturi. cui
daẗ a deo roſponſuꝫ plene diffinitionis
quo clare oſtendiẗ: qui vẽ ſint de pñti ec
cleſia: ⁊ in futura beatificãdi: ¶ Et ẽ intẽ
tio ꝓphete: ↄprimere eos qui ſe iactãt eẽ
de eccleſia: cũ non ſint: ¶ Modus bipti
tus ẽ pſalmus. Primo interrogat pro
pheta. Q. ſacerdos añ faciem dñi ſtans:
⁊ petit reſpõſa. volẽs ſcire quos deꝰ dig
nos ſua iudicet eccleſia. Secũdo ſbdiẗ
domini reſponſio. Qui ingreditur pro
pheta ergo velut ſacerdos petens rñſuꝫ
ait.

**Domine quis habitabiẗ ĩ tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in mon te ſanto tuo:** Domine quis habita
bit in tabernaculo tuo. id eſt in preſenti
eccleſia vbi ↄtra diabolũ dimicamꝰ. qꝛ ⁊
ſi tabernaculũ ponaẗ aliqñ ꝓ habitatio
ne ſẽpiterna. tñ ꝓpriũ ẽ belli: atqꝫ mili
tantiũ: Vñ ⁊ ↄtubernales milites dicũ
tur: tanqꝫ ſimul habẽtes tabernacula.
Hic ãt ſenſus adiuuaẗ ex eo qḋ ↄtinet a
lia trãſlatio. ſ. Quis ꝑegrinabiẗ in taber
naculo. t. Sequiẗ. aut quis requieſc. in
mon. ſ. t. i. in eterna beatitudĩe: vbi ẽ vi
ſio pacis: et ſupeminẽtia charitatis: vbi
nullus in agone ↄtendet: ſꝫ in eterna pa
ce quieſcet.

**Qui ingreditur ſinẽ macula: ⁊ operatur iuſticiam.**

Qui ingrediẗ. Secũda pſ vbi ſubditur
rñſio domini qui dicit in exemplum de
calogi decem virtutibus ad atria ſua ꝑ
ueniri. ¶ Et nota ꝙ decem virtutes hic
appellat decem effectus virtutum: qui
omnes ad. iiij. principales virtutes refe
runtur. ſ. iuſtitiam: prudentiam: tempe
rantiam: fortitudineꝫ. ⁊ quedaꝫ vtiqꝫ õ
bis deceꝫ ad aliqꝫ harum. iiij. virtutuꝫ
ſpecialiter referuntur. quedam vero cõ
muniter ad plures. et item quedam per
fectis tantum: quedam imperfectis con
ueniunt: vt in pſalmi lectione oſtendeẗ
Auditis ergo dominus reſpondens ait:
Qui ingreditur. Quaſi ille habitabit. ⁊
requieſcet. Qui ingreditur in taberna
culum ſine macula. ideſt innocens. Ecce
prima virtus. ideſt primus effectus vir
tutis: in quo notatur temperantia. Se
quitur ſecunda virtus. et operatur iuſti
tiam. quia non eſt ſatis abſtinere a ma
lo: et refertur hoc ad iuſtitiam: Dein
de exequitur hic plenius. ideſt has du
as virtutes ſbijciens alios earum effec
tus.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Qui loquitur ueritatem in cor
de ſuo: qui nõ egit dolũ in lin
gua ſua.** Qui loquit̃ ver. Ecce tercius
virtutis effectus. veritatem dico: in cor.
ſcꝫ ꝯceptam. i. qui ſcit veritatem et dicit.
In quo notat̃ prudentia etiã et iuſticia.
Congrue addit in corde ſuo. quia aliqͣs
putat fallere qñqꝫ et verũ dicit: et habet
ille veritatem in labijs ſed non in corde
vt ſiquis alicui doloſe oſtendat viam:
putans in ea eſſe latrones: et dicat. Si
hanc teris: a latronibus tutus eris: et ꝯ-
tingat vt vere ibi non inueniant̃ latro-
nes verũ ille locutus eſt: ſed non in cor-
de. Parũ itaqꝫ eſt verũ loqui: niſi ita ſit
in corde. Sequit̃ quarta virtus. qui nõ
egit do. in lin. ſua. Hec eſt ps innocẽtie
.i. ꝑpantie. Dolus ẽ in lingua: cũ aliꝺ ꝺꝛ
aliud ẽ in pectore. Sequit̃ quinta virtus

**Nec fecit proximo ſuo malum
et opprobrium non accepit ad
uerſus proximos ſuos.**
Nec fecit ꝓxi. ſuo ma. Itẽ pars innocen-
tie eſt hic. Proximũ accipit ꝓ omni ho
mine. Sequit̃. vj. et opprobriũ nõ acce-
pit aduer. ꝓxi. ſuos. i: temere vel libent̃
non credidit criminatori. Sequit̃. vij.

**Ad nihilum deductus eſt in ꝯ
ſpectu eius malignus: timẽtes
autem dominum glorificat.**
Ad nihi. dedu. eſt. Ecce fortitudo. q. nõ
accepit opprobriũ: ſed malignus. i. dia-
bolus vel homo male ſuggerens dedu.
eſt ad ni. i. non potuit cogi et nocere ali
cui. et hoc eſt in ꝯſpec. eius ſcꝫ quare ſit
malignus. hec eſt magna ꝑfectõ: vt nihil
ĩ homine valeat malignus: ⁊ vt hic ſit in
ꝯſpectu eius. i. certe ſciat malignũ nõ eẽ
niſi qui a creatore ad creaturã ꝯuertitur
Sequit̃ timentes aũt do. Septem vir-
tutes ſupra poſuit que ꝑfectoꝝ ſunt nũc
tria alia ponit que incipientibus ꝯueni-
unt. q. non ſolũ ꝑfectos qui predicta ha
bent glorificabit: ſed etiã glo. deus timẽ
tes do. i. incipientes: quia timor eſt initi
um ſapientie. Sicut ergo ſupiora ad ꝑ-
fectos. ita hec que dicturus eſt ad incipi
entes ꝑtinent. Sequit̃. viij.

**Qui iurat proximo ſuõ ⁊ non
decipit: qui pecuniam ſuã non
dedit ad uſuram: et munera ſu
per innocentem non accepit.**

Qui iurat ꝓxi. ſuo. Ille qui iurat non
nocet proximo: ſed ſubuenit. Iurat pro-
ximo. i. firmiter promittit: et non decip.
quia promiſſum reddit. Sequit̃ nona.
Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſu-
ram. i. non temporalem expetit mercimo
niam. Sequitur decima. Et munera ſu-
per innocentem non accepit. i. cauſam i
nocentis non dedimit pro munere ali-
cuius. Hec tria non ſunt magna: ſed
qui nec iſta poteſt: multo minus poteſt
loqui veritatem in corde: et non agere
dolum in lingua: et non facere malum
proximo. Hec tamen parua ita ꝯcludit.

**Qui facit hec: non mouebi
tur in eternuum.**

Qui facit hec non mouebitur in eternũ
.i. perueniet ad illa maiora: in quibus
eſt inconcuſſa ſtabilitas. Unde et per fu
turũ tempus dicit: non mouebitur: cum
in ſuperiori conclusione preteritum po-
ſuerit: vbi ait. Ad nihilum deductus eſt
in conſpectu eius malignus. ¶ Aliter.
Qui ingredit̃ ⁊c. Et legit̃ ſpecialiter de
Chriſto: qui hec omnia pleniſſime ſerua
uit. Q. diceret: quis habitabit? Quis re
quieſcet? ille vtiqꝫ. Qui ingredit̃ ſine ma
cula. i. Chriſtus qui proprie ſm legem
vt agnus ſine fractura membrorum. tem
plum ingreſſus eſt: non vt expiaretur ſi-
cut ceteri: ſed ſine macula. i. a peccatis li
ber. et operatur iuſticiam. vt cum ven-
dentes et ementes eiecit de templo. Qui
loquit̃ veritatem. Veritas eſt cũ res ita
eſt: vt dicit̃. Hoc proprie Chriſtus fecit
addit. in corde ſuo. Quia aliquando
Chriſtus tacuit indignis. fraudulenter
querentibꝰ. et nõ egit dolũ in lingua ſua
qꝛ oĩa que audiuit a pr̃e ſine aliq̃ adiecti

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

one vel repeſſione: nota fecit diſcipulis
que eis notificanda erãt. Nec fecit, px. ſ.
ma. i. iudeis ſm carnẽ ſibi, pximis: nõ fe
cit maluȝ: ſȝ pro eis orauit: et nõ acce. i.
nõ acceptũ habuit op, p. aduerſus, px. ſ.
ſicut ẽ patens p hoc qḋ iudã nõ morda
ci increpatione lacerauit. et ad nihilum
deduc. ẽ in ↄſpec. e. ma. i. diabolus ḋſpi
cit̃ ab eo: vt cuȝ dixit: vade retro ſatha
nas. ecõtra aũt timẽtes. do. glo. chriſt⁹
Qui iurat, px. ſ. et nõ deci. Iurauit chri
ſtus qñ apl̃is certiſſima ṽitate promiſit.
Iã non dicã vos ſeruos. ſȝ amicos. Se
quit̃. Qui nõ dedit ad vſu. pecu. ſ. terre
nam. Pecunia eniȝ duplex ẽ. vel terrena
que penit⁹ ad vſurã dari prohibet̃. quã
dñs inde tradidit: ad erogandũ paupe
rib⁹. nõ ad vſurã. ſȝ ad inſtruẽdos hoĩeſ
Vl' ſpũalis ẽ: que ad vſurã dari iubet̃. i.
predictio ṽbi dei. que lucrũ ſalutis aĩaꝝ
refert. et munera. ſu. inno. non ac. Acce
pit chriſt⁹ quideȝ munera: vt a magis et
quotidie pias oblationes a fidelib⁹ i ec
cleſia ſed nõ ↄtra innocẽtes. imo aĩaȝ, p
eis dedit. Sequit̃. Qui fecit hoc: Ecce
abſoluta rñſio fit: interrogãti: et ẽ hic: ↄ
cluſio preſi. Q. Sicut de chriſto dixi: ſi
milit̃. Quicũqȝ, p modo ſuo facit hec: ñ
mouebit̃ in eter. i. ab ipſo deo nõ diuide
tur. ſȝ reliquieſcet in mõte e t̃ne beatitu
dinis. ⁊ nota qḋ dicit. facit hec. vt ad ac
tũ nos inuitet. nõ ſolũ ad cantãdũ hoc.

## Tituli iſcriptõ ipſi dauid. XV

Tituli inſcriptio ipſi dauid. Hic titul⁹
de euangelio. non de veteri te. ſumitur
In euãgelio eni legit̃ qḋ crucifixo dño:
pilatus talẽ titulũ ſuppoſuit. Jeſus na
zarenus rex iudeoꝝ. quẽ cũ multi iudeo
rũ delere vellẽt dicentes. noli ſcribere: ie
ſus naza. rex. iu. ſȝ quia hic dixit. ego ſũ
rex iudeoruȝ. Rñdit pilatus. qḋ ſcripſi
ſcripſi ibi. Quiſ p neſcientẽ deo ſignificã
te hoc: ꝙ regnũ chriſti p paſſionis hũi
litatẽ nõ infirmaret̃. ſȝ confirmaret̃. De
quo regno hic agit̃. cui⁹ ↄfirmationẽ ti
tulus immutatus: notauit. Ideoqȝ heſ
dras de illius tituli iſcriptiõe. quã p ſpi
ritũ ſanctũ futurã preuidebat: hũc pſal
mũ pretitulauit: oñdens agi hic: de reg
no chriſti. illa inſcriptiõe ſignificato. et
ẽ ſenſus. Inſcriptio tituli: i. victoria. et
regnũ. qḋ tituli inſcriptio notauit. attri
buit̃ vel cõuẽit dauid. nõ illi actuali fi
lio. Iſai. ſȝ ipſi ṽo dauid. i. chriſto qui
ſm hoiem hic loquit̃. de quo titulus re
galis in paſſione eminuit. ſcriptus: he
braice. grece. ⁊ latĩe. vt oñderet̃ rex eſſe
omniũ vere iudeoꝝ. i. ↄfitentiũ. ſicut er
go in arcu triũphali ſcribebatur rome
titulus: quo triumphi regum monſtrã
tur. ita et chriſto titulus fuit inſcriptuſ
Qui erat ſue victorie nota. Hiero. Treſ
enim ſũt tituli. qui ſcribuntur. Unus ſu
per tumulos mortuorum. Alius: in li
minibus ciuitatis. vel domorum. Ter
cius: in victoria regis. Hic ergo ḋ titu
lo regis noſtri dicit. et eſt iſte pſalmus
ſecundus eorum. qui breuiter de chriſti
paſſione. et reſurrectione agũt. Intentio
monet oẽs ne regno chriſti aut titulo ↄ
tradicãt: Modus biptitus ẽ pſalmus.
Prio verã hoĩs naturã. chriſt⁹ oſtẽdẽs
petit ſe int̃ picula ſuari. dicẽſ oĩa que p
tulit. ad gloriã ſue hereditatis pducta.
Scdo: grãs agit pat̃: ḋ intellectu ſibi da
to. et paſſiõe. et reſurrectiõe ibi. Bñdicã
do. ⁊c. Chriſtus ſecundũ hoiem ad pa
trem orans: ait. C

Onſerua me domie qm̃
ſperaui in te: dixi domi
no deus meus es tu qm̃
bonorũ meorum nõ eges.

Domine pater conſer. m. inter pericula
et debes. qm̃ in te. non in me ſpera. Ecce
meritũ: quo ſuari debȝ. Dico ſpaui. et
merito: qꝛ tu es de⁹. m. i. mei hoĩs. et hoc
dixi. nõ labijſ. ſȝ cordis affectu tibi dño
Uel ita ſperaui in te. et dixi tibi domine
deus meus es tu. in eo ꝙ homo ſum et
vere deus: qm̃ bonorum meorum nõ e
ges. i. in eis bonis. ñ expectas fieri bea
tus. Si autem bonis chriſti nõ eget de
us: ſed ab ipſo habet omnia. Deſtruitur
arrogantia hominum et hereſis pelagi
anorum qui putãt aliqḋ bonũ ſuis iu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ribus fieri. cū etiam Chriſtus a ſe homie nihil boni habeat. Sequit̃.

**Sanctis qui ſunt in terra eius mirificauit omnes uoluntates meas in eis.** Sanctis qui ſunt in ter. eius: Expoſuit Chriſtus qualiter orauit. nunc incipit narrare que bona ſibi fecit dn̄s. q. Hec dixi dn̄o. deus aūt mirificauit .i. miras fecit om. volun. me. hec ſūt bona mea. Omnes voluntates ſuas dicit Chriſtus: voluntatem moriendi et reſurgendi. He aūt ſunt mire dū eis obedientes: fiunt de terrenis celeſtes. de filiis diaboli: filij dei. Has inquā voluntates: mirifica. ſanctis qui ſunt in ter. eius ſcʒ in terra cui benedicit̃: nō in terra maledictionis. Non quidē de ſeculi ambitu iactantibus ſed qui ſunt in terra eius .i. qui in terra viuentiū ſpem ſuam fixerunt que eſt eis anchora in fluctibus huius ſeculi miras fecit omnes volun. me. .i. voluntatē moriendi ⁊ reſurgendi. voluntates dico plantatas ⁊ completas in eis. i. in ꝓuectu coꝝ in quo ſenſerūt et incipientes et pfecti: quid eis ꝓfuit: et humilitas vt morerer et potentia vt reſurgerem. Vel mirifi. omnes volunt. meas in eis. i. inter eos qui hec viderunt et intellexerūt.

**Multiplicate ſunt īfirmitates eorum poſtea accelerauerunt.** Multiplicate ſunt ⁊c. q. Mirificauit voluntates meas ſanctis quibus ante p ſeueritatem legis infirmitas carnalis multiplicata eſt: vt grām noui teſtamenti deſiderarent. et hoc eſt. mirificauit ſanctis ſed prius. Multiplicati ſunt infir. eo. qꝫ data lege infirmitas coꝝ aucta eſt. Nō vtiqꝫ ad pniciē: ſed vt ad medicū accelerarent. Vn̄ ſubdit. et poſtea accel. currētes ad medicū. Vel de exteriori afflictione agit. qua ſepe flagellati ſunt vt ſanarentur. et eſt. infirmitates coꝝ exteriores multi. ſunt ſalubri afflictione deo ꝓuidente et flagellati: poſtea accele. ſed non priori more. Quia.

**Non ɔgregabo ɔuenticula eorū de ſanguinibus nec memor ero nominū eoꝝ per labia mea** Nō ɔgre. ɔuen. eoꝝ inſtituta de ſan. .i. non erunt ɔuentus coꝝ carnales nec de ſanguinibus pecoꝝ propiciatus: congregabo eos. q. nō ſm legalem ritū faciam eis. nec memor ero no. coꝝ. i. antiquoꝝ patꝝ. ſed ſpirituali mutatione obliuiſceut̃ quid fuerint. quia iam nō dicent̃ peccatores vel inimici vel homines. ſed vocabunt̃ iuſti et fratres et filij dei. Vel nō ero me. no. coꝝ p labia mea ſicut pus in veteri teſtamento. Cū ſpecialiter deſignabat: vel populū vt hec dices filijs iſrael. vel pſonam vt Moyſi. vel tribum: vt dic domui iude: domui Beniamin. Nunc aūt nō eſt diſtinctō pſonaꝝ ſed in omni gente qui timet deū: hic acceptus eſt illi. Non ero me. no. coꝝ p labia mea propria: quibus dicam in futuro malis Jte in ignem eternū. qđ nō illis. Vel nō ero memor no. coꝝ p la. mea. q. d. Olim loquebar multifarie multiſqꝫ modis illis: ſed modo in propria pſona loquar labijs meis vt nullam habeat excuſationeʒ. Vel p labia mea. i. p apoſtolos per quos loquit̃ deus. Vel labia dicit duo teſtamēta que in vno ſonant: quibus voluntates eius oñdunt̃. Sed nec apoſtoli nec teſtamēta talibus mīant̃ indicium. Sequit̃.

**Dn̄s pars hereditatis mee et calicis mei: tu es qui reſtitues hereditatem meam mihi.** Dn̄s pars. q. Nō ero memor noīm coꝝ ſed potius mecum habebūt hereditateʒ ipſum dn̄m: et hoc eſt. Dn̄s pater eſt ps hereditatis mee. intranſitiue legit̃. i. eſt portio hereditaria mei et meoꝝ: et tu es pars et hereditas mei et meoꝝ. Eligant ſibi. alij alia quibus fruant̃. Pars aūt mei et ſanctoꝝ deus eſt. Sequit̃. Et dn̄s eſt pars calicis mei. i. calix meus eſt. Bibāt ergo alij venēa ⁊ mortiferas volup

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tates.ego ãt et mei:bibem⁹ deũ. Deinde
ↄuertẽs ſermonẽ ad dominũ.ait tu es.ꝛ
Q.tu dñe es hereditas.tu etiã es reſtitu
tor eius.et hoc ẽ.tu es.o paẽ.qui reſti-
tues heredi.m.i.notitiã hereditatis.i.
claritatis mee vel tue.mihi.non mihi in
me ipſo aliquid reſtitues qd amiſerim.
qꝛ nil amiſi.ꝛ ſed in eis in quib⁹ ego ſuz.ꝛ
et cũ quib⁹ vnũ ſũ reſtitues notitiã clari
tatis mee.quã ꝑ peccatũ amiſerunt.que
claritas erat apud te.añq̃ꝫ mũdus fieret
Vñ.ipſe ait in euangelio.clarifica paẽ fi
liũ tuũ ea claritate quã habuit apud te:
anteq̃ꝫ mũdus fieret.Vl' hereditatẽ dicit
lumẽ claritatis.i.gloriã ĩmortalitatis.
quã in adã pdidim⁹.que christo ĩ ſua re
ſurrectione reſtituta ẽ.ꝛ nobis in nr̃a re
ſtituet.Vñ:ipſe alibi ait.Et refloruit ca
ro mea.Sequit.

**Funes ceciderũt mihi ĩ p̄clariſ etenĩ hereditas mea p̄clara eſt mihi.**

Funes ceciderũt.Q.reſtitues he
reditatez que ẽ preclara.Nã funeſ.ce.in
pre.i.ĩ ſãctis.i.limites poſſeſſionis mee
in tuam claritatem.q̃ſi ſorte ceciderunt.
ſicut poſſeſſio ſacerdotũ.et leuitaꝝ deus
ẽ.bñdixi in preclaris.etenim heredi.m.
precla.ẽ mihi.ꝛ nõ vtiq̃ꝫ hoĩbus:ſꝫ vidẽ
tibus in quib⁹ ego ſũ.Et iõ dico mihi.

**Benedicam dominum qui tribuit mihi intellectum: inſuper ꝛ uſque ad noctez increpuerũt me renes mei.**

Bñdicam do.Q.vidẽtibus ẽ preclara.
Ego ãt Bñdi.do.qui tri.mihi itel.ꝛ quo
hec hereditas videri ꝛ poſſideri poteſt.
Vñ:alibi hec eſt ãt vita eterna.vt ↄgno
ſcant te.ꝛc.ſequit.inſuꝑ et vſq̃ꝫ.Q.tri-
buit mihi intellectũ.inſuꝑ ãt.i.ſuper in
tellectũ.etiã vſq̃ꝫ ad noctẽ.i.vſq̃ꝫ ad mõ
tem.incre.vel erudieẽ..vel emendaueẽ.
m.re:m.i.ꝛ vſq̃ꝫ ad mortẽ erudiuit me ĩ
ferior ps mea.ſ.carnis aſſũptio.vt expi
reẽ tenebras mortalitatis.q̃s tenebras:
ille intellectus non habꝫ.quia.ꝑ eis nec
turbari:nec deficere potuit.ꝛ ¶ Vel aliẽ
ab illo loco.Dñs ps.ꝛc.ꝛ accipit ꝑ he-
reditatẽ gentes conuerſas.i.oẽs fideles
qui ſũt hereditas chriſti.Q:nõ ↄgrega-
bo.fundẽtes ſanguinẽ.ſꝫ eos:qui deũ e-
ligũt ꝑtem.et hoc ẽ.Dñs eſt ps.i.portõ
ꝛ premiũ heredi m.i.ſanctoꝝ qui ſunt
hereditas mea.ꝛ ẽ ps.cali.mei.i.merceſ
paſſionis mee.ꝛ Hereditas enĩ ad gentes
calix ad paſſionem pertinet.qui bibitus
dat reſurrectionem.ꝛ o domine paẽ: tu
es qui reſti.m.chriſto here.m.i.gen⁹ hu
manum.qd dediſti mihi hereditatem.et
regnum:vt excolam.et in eo regnem.qd
diabolo faciente perierat.ꝛ Sꝫ nemo pu
tet ſe hereditatẽ:niſi preclarus ſit.qꝛ Fu
nes ceci.mihi in precla.i.in ſanctis. Jõ
dicit.funes.quia ſancti fiunt hereditas
chriſti.quaſi ſorte.in quo intelligiẽ di-
uina electio.qua in partem chriſti ceſſe-
runt.ſicut ſors cecidit ſuper mathiam.
qui ab eterno elect⁹ erat.et quiſq̃ꝫ capit
ad menſuram ſuam.i.prout gratia dei
cuiq̃ꝫ menſurat.Sequitur.et enim.Q.
benedixi in preclaris.etenĩ here.m.pre-
clara ẽ mihi.Quãuiſ enĩ ſãcti ſint in mũ
do quib⁹dã abiecti:mihi tñ preclari ſũt.
¶ Bñdicã dominũ.ꝛ Scdã ps:vbi chri-
ſto paẽ gratias agit:de intellectu.ꝛ paſ
ſione.in qua eo fauente vicit.et ð reſur-
rectione et confeſſione.et hec ſunt:ꝑ que
hereditas reſtituiẽ:vt ſit rex iudeorum.
vt titulus dicit.Q.mihi reſtituta ẽ here
ditas.ego ãt Bñdicã do.qui tribuit mi-
hi intel.quo oĩa v̉a et ſãcta vidit chriſt⁹
inſuꝑ ꝛ de hoc bñdicã.ꝙ renes.m.i.iu-
dei qui de iuda ſũt.ꝛ vñ ego ſũ:et ex qui-
bus ꝛ ẜm carnẽ exiui.ſ.parẽtela mea.in-
cre.me.iniurijs.et ꝑ tẽtationes ꝛ paſſio
nes.ꝛ hoc ẽ.vſq̃ꝫ ad noc.i.ꝛ vſq̃ꝫ ad mor
tem.Sed in his.

**Prouidebã dnm̃ ĩ ↄſpectu mõ ſp:qm̃ a dextris ẽ mihi nec cõ mouear:**

Sẽp.ꝑuid.in ↄſpec.m.do.
Qui ſp ẽ.i.ꝛ veniens ĩ ea.que trãſeũt.ñ
abſtuli oculũ ab eo.qui ſp ẽ.ꝑuidẽs ꝙ
in eũ:p⁹ iſta tpalia pacta recurrerẽ.Attẽ
de qd ait.ꝑuidebã.ſe.do.ꝛ hic trahe ex-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

emplū quo peccata vitent. Qui em̄ ſemper acie mentis deū intuet: nō peccatis inquinat. ideo dn̄m attendo. qm̄ a dex. eſt mi. ne cōmouear. i. fauet mihi vt in eo ſtabilis pmaneam. et ideo nil ſiniſtri mihi preualet: Et qz ē a dexteris.

**Propter hoc letatum ē cor meum: et exultauit lingua mea: inſup 7 caro mea requieſcet i ſpe**

Propter hoc letatū eſt cor meū et exult. lin. mea. et ideo etiā in cogitationibus 7 in verbis eſt exultatio. Hec eſt plena leticia. que 7 i corde hylari pcipit 7 alacri ſermone pfert. inſup et ca. mea nō deficiet in interitu. ſed requieſcet. i. dormiet in ſpe reſurrectionis. ¶ Nota q ita dicit hic. inſup agens de gaudio et quiete: ſicut et ſupra agens de paſſionibus dixerat. inſup vſqz ad noctē increpuerūt me renes mei: vt p modo moleſtiaꝝ gaudia ſint humanitatis celeſtia vel excelſa.

**Qm̄ non derelinques animaz meaz in inferno: nec dabis ſanctū tuum videre corruptionē.**

Qm̄ nō derelinques. q. inqua ſpe requieſcet: in hac. qz nec anima in inferno poſſidenda dabit. nec corpus ſanctū. p qd 7 alij ſanctificandi ſunt: patieris corrumpi. et hoc eſt. Qm̄ nō derelin. communi more alioꝝ: animā meā quā habeo vt verus homo in infer. nec da. ſan. tu. ſcz corpus meū a te ſanctificatū videre corru. i. putrefactionē. Alibi dicit ſe pati corruptionē. i. vulnerationē. ibi: Que vtilitas in ſanguine meo dū deſcendo in corruptionē: dico nō dabis immo.

**Notas mihi feciſti vias vite: adimplebis me leticia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua uſqz in finem.**

Notas feciſti p me mihi. i. meis in quibus qz et ego ſū. et dico mihi feciſti. Notas feciſti dico vias vite. i. vias humilitatis: vt ad vitā redeant homines. vn̄ p ſuperbiā ceciderūt: et adimple. me. i. meos in futuro letitia cū vultu tuo. i. vt nihil vltra deſiderent cū facie ad faciē te viderint. in quibus qz ego ſum. Dico adimplebis me et interim ſunt eis dele. in itinere huius vite. et hoc in dex. tua. i. in fauore et propiciatione tua. Delectatōnes dico pducentes eos vſqz in finē. i. vſqz ad ꝯſummationē beatitudinis eterne. Et eſt ſenſus. Delectatio eſt eis i fauore tuo in itinere huius vite pducens eos ad finem glorie ꝯſpectus tui. vel de ſeipſo dicit Chriſtus. adimple. me le. cū vul. tuo: et delec. erunt mihi in dex. tua. i. letitia. et delectatio mihi erit in ꝯſeſſu tuo humanis obtutibus ſubtracto. et hoc vſqz in finē. i. pfecte et eternaliter.

## Oratio Dauid.

ORatio Dauid. Pſalmus iſte pmus eſt eoꝝ qui nomine orationis intitulant et ſecunt alij quattuor qui bene ab oratione pretitulant qz cū in alijs interſerat oro: in iſtis pene ꝯtinuat. In hoc aūt pſalmo Chriſtus ſm hominē orat adiuncta ſibi voce ſui corpis qd eſt eccleſia. 7 facit iſte pſal. verā humanitatis nām in Chriſto attendere. Qui in eadez voce cū mēbris ſuis hic orat nō p ſua vtilitate ſed p nr̄a nc̄itate. Chriſti em̄ oratio fideliū inſtitutio Sicut em̄ flendo Lazarū: charitatē pximi nos habere docuit. Et ſicut pſecutores fugit vt inconſulte temeritatis nob auferret audaciā: ita orauit. vt formam orandi nobis proponeret. Et ē ſenſus tituli. Oratio huius pſal. ꝯuenit Dauid. i. pſone dn̄i adiuncta ſibi eccleſia que: corpus eſt eius. ¶ Inten. monet ad orationē. Modus. Triptitus ē pſal. Prio petit ſm iuſticiā retribui ſibi. Secūdo petit a iudeoꝝ inſidijs liberari. ibi. Ego clamaui. Tercio orat ſibi et aduerſarijs retribui. ibi. Exur. do. Chriſtus ergo ſm hominem ad patrē orans adiuncta ſibi voce corpis ait. O.

**EXaudi domine iuſticiam meaz: intende deprecationem meam.**

Dñe exaudi iuſti.m.' q2 iuſticia habet
vocé apud deũ:que penetrat celũ.⁊ pro
iuſticia:intẽde depre.m. Q. Que ẽ de cauẽ
dis malis et nõ modo intendas.ſed etiã

**Auribus percipe orationem
meam:non in labiis doloſis.**

Auribus pci.' Q.nõ trãſitorie:vt cito
trãſeat.ora.m.que ẽ de bonis ſibi et ſuiſ
adhibẽdis orationẽ dico:plātã nõ in la
biis doloſis.ſicut oratio eoꝝ qui vbiqȝ
me dãnant.⁊ meos.Vel ſicut ẽ illoꝝ o/
ratio.qui dicũt.dñe dñe.⁊ non faciunt
voluntatem patris.Sequit᷑.

**De uultu tuo iudiciũ meuȝ ꝓ
deat:oculi tui uideãt equitatẽ**

De vultu tuo.Ecce quid petit in oratõ
ne:Q.exaudi orationẽ meã.q̃ hoc peto
Judiciũ meũ.' quo fui iudicatus a pila
to.⁊ iudeis.prodeat.o dñe.i.videatur
ꝓdiiſſe.de vult.t.i.de aſpectu tuo.vl' di
ſpoſitione tua.' Qui oĩa vides.nec egeſ
teſtimõio alteriuſ.i.ſcdm ea que cogno
ſcit in me.qui nullũ habeo peccatũ:vi/
deat᷑ ꝓueniſſe.nõ de diſpoſitione.i. ſ᷑m
diſpoſitionẽ.⁊ voluntatẽ iudeoruȝ.qd
patet factũ eẽ i reſurrectione.qñ pꝛet᷑ eo
rum opinionẽ a mortuis reſurrexit.⁊ o
culi tui.o dñe videant equitatẽ.vt mi/
hi remediũ:iudeis penã des.ſicut meru
erũt.vel ita iudiciũ.m.dicit chriſt⁹ ho/
mo quo diſcerno oĩa.de vul.t.prodeat
.i.' de illumi natione noticie tue.vbi ve
ritatẽ iudicem.et oculi mei.alia lr̃a.ſ.o
culi cordis videãt equi.' vel eodeȝ ſẽſu
manẽte:ita diſtingue litterã.ꝑcipe ora/
tionẽ meã.' Hic diſtingue.deinde ſequit᷑
non in labiis dolo. De vul.t.iudic.m.
ꝓde.videlꝫ.vt iudicãs nõ:ꝓferam labiiſ
aliud:q̃ȝ ex te intelligo.oculi mei vide/
ant equi.hoc non mutat᷑.

**Probaſti cor meum ⁊ uiſitaſti
nocte:igne me examinaſti.et ñ
ẽ inuenta in me iniquitas.**

Probaſti cor.m. Q.iõ fac qd peto.q2.'
Probaſti cor.m.⁊ vi.n.i.ipſũ cor meũ
viſitatione tribulationis ꝓbatũ eſt.que
tribulatio:nõ ſolũ nox dicit᷑:ſed etiã i/
gnis.Nox:q2 perturbat.ignis:q2 exurit
Vñ ſb'dit.igne tribulationis.me exami/
na.' Hoc dicit:ad ſimilitudinẽ fornaciſ
que metallũ purgat.Sequit᷑.⁊ non ẽ in
uen. Q.tribulatiõne me ꝓbaſti.' ſꝫ in ea
inuẽtus ſũ iuſtus.⁊.i.quia nõ ẽ inuẽ.in
me iniqui.' quam vſtio coqueret.

**Ut nõ loquatur os meuȝ opa
hõinũ:ꝓpt᷑ uerba labioꝝ tuoꝝ
ego cuſtodiui uias duras.**

Ut nõ loq̃t᷑. Q.adeo ſũ iuſtus:et ſine i/
niquitate vt ñ.lo.os.m.o.ho.i.' vt ali/
ud nõ ꝓcedat de ore meo:q̃ȝ qd ad glori
am.et laudẽ tuã ꝑtinet.' nõ ad opa hoi
nũ.que faciũt pret᷑ volũtatẽ tuam.i.nil
niſi bonũ:locutus ſũ.Alibi ãt ſcriptũ ẽ
Ex ore altiſſimi non egredient᷑.nec bõa
nec mala.qd ſic accipi põt ex ore altiſſi/
mi.i.humanati filii dei:nõ egrediẽt᷑ nec
bona.nec mala:cum ſtaret.ſ.ãte herodẽ
quando requiſitus.vl' requiſitis.ab eo
multis queſtionibus.vel ſermonibus:
nihil reſpondit.ſed tanq̃ȝ ouis coram tõ
dente:obmutuit.Vel ex ore altiſſ.mi.i.
chriſti aſcendentis in celum:non egredi
entur nec bona nec mala.quia in aſcen/
ſu:nihil legitur fuiſſe locutus. Qui ãte
multa dixerat.' Vl' ex ore altiſſimi.i.chri
ſti in maieſtate iudicaturi:non egredi/
ent᷑ in iudicio.nec bona nec mala.i.egre
dient᷑ et bona.et mala.Due enĩ negatio
nes ꝯplent ſenſum vnius affirmationis
Dicet autem bona bõis.Venite benedic
ti.⁊ mala malis.Jte maledicti.Vel ex o
re altiſſ.mi.id eſt dei patris non egrediẽ
tur in iudicio nec bona nec mala.q2 pa/
ter nõ iudicat quẽq̃ȝ.ſꝫ oẽ iudiciũ.d.fi.
ſequit᷑ ꝓpter v̓ba. Q.⁊ ſi ego ita inocẽs
ſũ:dicẽ chriſt⁹ tñ ego cuſto.Vel ita iũge:
ñ.lo.os.m.o.ho.ſꝫ poti⁹ ego cũ põdere
cuſto.vi.du.l' laborioſas.ſ.' mortalita/
tis ⁊ paſſiõis:Vl' ſ᷑m aliã lr̃aȝ.cuſto.viã
latrõis.i.qd latro merito:ego imerito
ſuſtinui.et hoc:non pro mea culpa:ſed
ꝓpt᷑ verba labiorũ tuoꝝ ꝯplenda.i.' vt
ꝯpleret᷑ v̓ba pací tue:que ſignificat᷑ ꝑ la

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bia quã verbis ſuis ꝑmiſit que ꝑmiſſio dicit̃ verba pacis. Uel prop. ver. la. tu. complenda. i. prophetaꝝ.

**Perfice greſſus meos in ſemitis tuis ut nõ moueantur ueſtigia mea.** Perfice. Uel ad ꝑficiendos greſſus ꝛc. q. cuſtodiui vias duras vti ad ꝑficiendos greſ. me. in ſe. tu. i. vt ꝑficeret̃ charitas eccleſie mee: qua venit̃ ad requiẽ tuã in anguſtis vijs. i. in artioribus preceptis. Per hoc eñ docui ꝙ nõ poteſt ad te venire eccleſia niſi ꝑ anguſtã viã. et vt nõ moueant̃ ve. mea. i. ſigna itineris mei: que ſacramentis et ſcꝑturis apoſtolicis impreſſa ſunt vt illa intueant̃ et obſeruent qui me ſequi volũt. Uel ideo cuſtodiui vias ⁊ ꝑfeci greſſus vt iã nõ mo. ve. mea. i. vt ſtabiliter maneam in eternitate poſtꝗ̃ ꝑegi vias duras et greſſus ꝑfeci. ¶ Aliter ab illo loco: vt non loquat̃. q. Nõ eſt in me inuen. ini. qđ tu ſcis: etſi ego taceã: et hoc ẽ qđ ait. hoc qđ dico noſti vt. i. quãuis nõ lo. os me. i. etſi ego taceã: tu ſcis me eẽ purũ. et diſtiguit̃ ibi lit. os me. de ĩde ſequit̃ opa ꝛc. q. Et licet tã purus ſi. tñ ꝑp. ver. la. tuo. hoc nõ mutat̃. ego cuſto. vi. du. ſcꝫ opa ho. i. quas merent̃ opa hoĩm ſcꝫ paſſionẽ et morteꝫ et reliquas paſſiones et miſerias. Uel vi. du. dicit virtutes que hoĩbus ſunt difficiles nõ Chriſto. Et eſt ſenſus. Ego cuſto. vi. virtutũ du. hoĩbꝰ ſcꝫ opa hoĩm. i. quas imitari debent homĩes quibus iter vicioꝝ leue ẽ et virtutũ difficile. Uel ita dico. nõ eſt ĩuenta in me ini.. ita tñ hoc dico: vt nõ lo. os meũ. i. vt nõ iactant̃ hoc dicã qđ eſt opa. i. opera hoĩm ſcꝫ iactant̃ loqui. Uel ita: adeo ſũ iuſtus vt nõ lo. os me. aliquid indebitũ. i. vt nõ peccẽ in lingua. qđ eſt opa hoĩm. i. opus hoĩm ſcꝫ peccare in lingua. Sequentia non mutantur a ſenſu ꝑme expoſitionis vſqꝫ ꝑfice. q. et qꝛ cuſtodiui vias duras. ideo perfice greſſus meos. i. humanas meas actõnes vſqꝫ in finẽ. i. vſqꝫ ad paſſionẽ et morteẽ. Añ eñ nõ eſt niſi incohatio noſtre redemptõis in paſſione vero ꝯſũmatio. ꝑfice dico in ſe. tu. i. in artioribus preceptis tuis: ad hoc ꝑficevt veſ. mea nõ mo. i. vt illi qui volunt me imitari nõ moueant̃ a te. Uel veſtigia dicit bona opa que fecit: et doctrinã quã tradidit. et eſt ſenſus: ideo ꝑfice vt veſtigia mea quibus eſt impreſſa forma iuſticie non moueant̃ ab eis qui volunt me imitari.

**Ego clamaui quoniã exaudiſti me deus: inclina aurem tuam mihi et exaudi uerba mea.** Ego clamaui. Secunda pars vbi Chriſtus petit vt a iudeorum inſidijs: eius puritas liberet̃. Quaſi diceret. Cuſtodiui vias duras: et perfeci greſſus. Ego etiam dicit totus Chriſtus clamaui. i. libera et valida intentione preces ad te direxi. Ideo Quoniam exaudiſti me o deus id eſt quia certiſſime ſcio me exaudiendum eſſe. Hoc dicere non conuenit niſi iuſto qui confidenter orat: quia ſcit ſe exaudiri: qui conuerſo verborum ordine poteſt dicere. Clamaui quoniam exaudiſti me. Alioquin potius dicendum videretur. Quoniam clamaui exaudiſti me. Uel ita clamaui: hoc non mutatur: Ideo vtiqꝫ quoniam vt hoc poſſem: o deus exaudiſti me. Olim infirmus orãtem: Hoc proprie Chriſtus in membris dicit et quia clamaui: ideo inclina aurẽ tuam ſcilicet aurem clementie et miſericordie tue: mihi ſcilicet humili: et exaudi verba mea: Non deſerat exauditio tua me humilem. Que verba: Hec:

**Mirifica miſericordias tuas: qui ſaluos facis ſperantes in te** Mirifica miſericordias. Mira ſunt que noua ſunt: Hec ſunt que in carne Chriſtus geſſit mirantibus iudeis. Et hoc eſt Mirifica miſericordias tuas. i. fac noua que etiã mali mirent̃ ne vileſcãt miſericordie et ne minus ament̃. tu dico qui ſaluos facit ſpe. in te.

**A reſiſtẽtibꝰ dextere tue cuſtodi me ut pupillã oculi.** A re. i. ab

ſllis qui reſiſtũt dextre tue. i. fauori. quo mihi faues. vel dextre tue. i. mihi filio tuo. et cuſto. m. vt pupil. o. i. cuſto. me ſcḋm humanitaté. Pupilla eñi ꝑ exigua ė. ⁊ tñ ꝑ eam: acies luminis dirigit. quo lux ⁊ tenebre diiudicant. ſic ꝑ humãitaté chriſti: deitas diſcernés ė. int̃ homĩes bonos. et malos. q2 eos qui fidė humãitatis habét in ſorte bonoꝝ. alios vͦo in ꝯſortio maloꝝ annũerat. hanc aũt petit cuſtodiri hoc modo.

**Sub umbra alarum tuarũ ꝓtege me: a facie impiorum qui me afflixerunt.**

Protege me. vt gallina pullos ſuoſ. ſub vm. ala. t. i. in munimẽto charitatis et miſericõdie tue. Miſericordia eñi ⁊ charitas: ſũt ale patris quib⁹ nos ꝓtegit. ꝓtege dico: a fa. i. ab inſtãtia impioꝝ. i. dͦmonum. et iudeorum. qui me afflix. Sic.

**Inimici mei animam meã circũdederunt: adipẽ ſuũ concluſerunt: os eorum locutũ eſt ſuperbiam.**

Inimici mei. ſ. iudi circũdedͦrũt ꝯſilijſ. animã. m. i. vitã volẽtes eã tollere. et adipẽ ſu. ꝯclu. i. leticia ſua pingui coopti ſũt p⁹q̃3 cupiditas eoꝝ dͦ ſcelere ſatiata ė. Capto eñi chriſto leticiã pinguem intus ꝯceptam: extra oſtentarũt. Vel a ſimili aĩaliũ. que ex adipe inflant. ⁊ ſunt laſciuia. dicit ergo adipem. ſu. ꝯclu. i. ſupbiam ſuam retinuerũt. nõ macri. i. nõ hũiles: ſed inflati ſupbia. vel adip ė. ſu. conclu. i. pinguė. ⁊ carnalė ſenſũ retinuerũt vel adi. ſu. ꝯclu. i. ſcelerib⁹ ſaginati verã intelligentiã amiſerũt. vñ: reſtat ſupba loqui. et ideo: os eorũ locutũ ė ſupbiã dicendo. Aue rex iudeorum. et huiuſmodi. os dicit. non cor. quia ſepe iniqui quod ore ꝯ̃tendũt: corde damnant ſequit.

**Proiicientes me nunc circũdederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.**

ſpiritui.i.ſpiritualis ſpiritualibus pro
fert plenitudinem ſapientie qð eſt v̆buz
in principio apud deum ⁊ nox: ſ: morta
litas carnis.ipſi eidem mortalitati.⁊ in
firmitati carnis condeſcendẽtes. et qua
ſi nox.i.quaſi carnales facti.nocti.i.teñ
broſis ⁊ carnalibus quaſi longe poſitis
indi. vt ſimplicibus. non verbum pr̃is
ſed ſcientiam. que eſt de humanis.i. de
humanitate chriſti. vel indi.ſci.i.fidem
humanitatis inſinuando. annunciat fu
turam ſcientiam.ſ.ꝙ ꝑ illa minora. per
ueniet ad maiora. hanc diſcretionem ſe
habuiſſe in predicatione. apl's docet cũ
ait. Nihil iudicaui me inter vos ſcire:
niſi ~~ieſum chriſtum~~.⁊ hunc crucifixum
ſapientiam autem loquimur inter perfe
ctos. Et alibi. ſiue excedimus. deo eſt. ſi
ue ſobrij ſumus. vobis eſt. Excedunt cũ
mente aſcendunt vſq̄z ad verbuz patris
quod ſemel locutus eſt deus. Sobrij ſũt
cum ſe paruulis contemperant. Unde
dominus ait. Quis putas eſt fidelis ſer
uus ⁊ pru.quem conſti.⁊c. Pauci enim
ſunt fideles. et pauciores prudentes in
diſpenſatiõe verbi dei. Rarus enim do
ctor ẽ.qui eloquijs diuinis aliquid ad-
ulterina opinione non admiſceat. Rari
or qui ſingulis congrua diiudicet. Jlli
ergo non ſunt diſpenſatores. ſed prodi- Notate
gi extirpatores. quia celanda irreueren
ter quibus non oportet detegũt ⁊ ſtudi
oſa querenda ſine menſura profundunt
incauti vinoq̄z debriant. quos opus eſt
ali lacte plus curantes ingenium oſten-
tare q̄z proximis prodeſſe. Unð in taber
naculo dñi i mẽſa erãt acetabula. ⁊ phi
ale. ac cyathi. quibꝰ offerebant̃ libamia
i acetabul'. mordax ⁊ aſꝑa predicatõ i ꝯ
minatõibꝰ in phial' larga ṗdicatõ i cya
this mĩma ⁊ tenuiſ ſignat̃ q: i doctr̃na ſa
cri eloq̃i ñ ſolũ ſt̃ exhibẽda magna ⁊ ar
chana que debriant ſed etiã parua ⁊ te-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nuia. que quaſi per guſtum noticiam preſtent. Aliter enim inſtruendi ſunt ſapiẽtes: aliť inſipiẽtes. aliť ſenes: aliter iuuenes. aliť celibes: aliť ↄiugati. Et ita Dies diei eruc. ver: et nox no. indi. ſci. Vel dies diei er. v̓. et nox no. indi. ſciam ad lr̃am. q̄ȝ hec doctrina diebus ac noctibus ↄtinuať: vſq3 ad poſteros. et hoc tã mirifice: ꝙ oibus linguis locuti ſũt et hoc eſt quod ſb̓dit.

**Non ſunt loquele neq3 ſermones: quoꝝ non audiãtur voces eorum.**

Nõ ſũt loquele. Q. enarrãt: et hoc tã mirifice: qḋ nõ ſũt loquele. i. lĩgue q̄ꝝ. i. ꝑ q̄s. nõ audi. ⁊c̃. neq3 ſer. i. genera dicẽdi .ſ. hũile. mediocre. ⁊ altũ. quoꝝ ſ̄monũ . i. ꝑ quos ſermones. nõ au. vo. e. celoꝝ . i. ꝑ quos nõ ſũt audite voces apl̃oꝝ Oibus enĩ linguis ꝑmos doctores loqui fecit ſpũſſanctus. qui oẽs gẽtes: ĩ vnũ erat ↄgregaturus. et ſic vnus hõ tũc oibus lĩguis loq̄bať: ſic ⁊ mõ. ⁊ vn⁹ hõ .ſ. totus chriſtus. caput et corpus: oib⁹ loquiť. q̄ȝ ex oibus gẽtibus vna et ſãcta ↄſtat eccleſia. Vel loquele accipiunť publice perſuaſiones que fiunt ad multitudinem ſermones communes narrationes. que quotidie. et cuique: fiunt.

**In omnem terram exiuit ſon⁹ eoꝝ: ⁊ i fines orbis terre verba eorum.**

In oẽm terrã. Hic oſtendit quã late predicauerũt. Q. tã mirifice predicauerunt etiã tã late. ꝙ In oẽm terrã. i. in oĩ ꝑte ãbitus terre. exiuit ſo. e. i. fama apl̃oꝝ etſi nõ pñtia. et etiã in fi. or. ter. i. etiã in angulis terre: exierũt. v̓ba eoꝝ. eadẽ que dixerunt. Sequitur:

**In ſole poſuit tabernaculum ſuũ: ⁊ ip̃e tanquã ſponſus ꝓcedens de thalamo ſuo.**

In ſole poſuit. ⁊c̃. Qḋ alios feciſſe laudat ꝓpheta: ipſe facit. Predicat enĩ: incarnationẽ et q̄ſi quis querat a ꝓpheta q̄uo hec facta ſũt: rñdet. In ſole. Vť poſ ſũt hec eſſe v̓ba ipſoꝝ apl̃oꝝ. quibus aperiť quid predicẽt. Q. exierũt in fines terre v̓ba eoꝝ: ita dicentiũ. Dñs belligerare volẽs aduerſus regna tꝑaliũ erroꝝ: po. ta. ſu. q. militare habitaculũ. i. diſpenſationẽ incarnationis ſue. in qua venit expugnare errores mũdi: In ſole Sol: tria facit. lucet. vrit. et varietatem temporꝝ facit. Poſuit ergo tabernaculũ in ſole. i. in tꝑe. q̄ȝ carnẽ aſſũpſit: tꝑalibus inciſſitudinibus ſb̓iectã. Vel i ſole . i. in mãifeſtatione. ſ. in mãifeſto mũdi Vñ ait. Non venit lucerna vt ponať ſb̓ modio. ſed ſuꝑ candelabꝝ. vel i ſole. i. in labore. quia eſtum laboꝝ gratis ſuſtinuit. vel taber. ſu. i. eccleſiam. po. in ſo. i. manifeſto. nõ in occulto: vt lateat ſecundum illud. Non poteſt abſcondi ciuitas ſupra montem poſita. ſequitur. ⁊ ipſe tanq̄ȝ ſponſus procedẽs. quia a ꝓphetis totiens promiſſus: proceſſit. de thalamo ſuo . i. de virginali vtero. vbi deus humane nature: vt ſpõſus ſponſe copulatus eſt. Et eſt hic magna et cõueniens ſimilitudo ſacramenti. i. ſigni: ⁊ ſignati. Ideo enim de virgine natus eſt. vt ſignificaretur. qḋ eccleſiam ſibi virginem copularet. Ecce humilis erat chriſtus: miſericordia, ſ3 fortis maieſtate. Unde ſb̓dit.

**Exultauit vt gygas ad currendam viã: a ſummo celo egreſſio eius.**

Exultauit vt gygas. Quaſi diceret proceſſit de thalamo. et procedens: Exultauit. quia non inuitus ſuſcepit laborem ad currendam viam: non habitandam quia nõ ſtetit in via mundi. et exultauit dico: vt gy. . i. ſicut fortiſſim⁹ et oẽs homies incoꝑabili v̓tute precedẽs. Dñ ergo gyganti comperatur. quia impertubabilis irreuocabilis. humanam naturam potentia diuinitatis ſuperans. ſequitur: a ſũmo celo. Quaſi diceret quã viam cucurrit: Ecce ipſe qui eternaliter a patre exiuit. venit in mundum. factus homo. et iterum. relinquẽs mũdũ aſcẽ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

dit ad patrem. ⁊ hoc eſt qḋ ait a ſummo ce. id ē a patre. ſ. ab equalitate patris eſt egreſ. eius. non temporalis ſed eternal'. qua de patre natus eſt. qui ſubaudis in tempore factus eſt homo.

**Et occurſꝰ eꝰ uſqꝫ ad ſūmū eꝰ necē qui ſe abſcōdat a calore eꝰ**

Et eius facti hominis. occurſus eſt vſqꝫ ad ſum. e. patris i. occurrit ipſe homo plenitudine diuinitatis vſqꝫ ad equalitatem patris. Occurſus ergo chriſto ꝯpetit ſm hominem. dum aſcendens: ad ſedem patris occurrit. Aſcendit aūt ſm humanitatem. per hoc aūt qḋ dicit. vſqꝫ ad ſum: notat. quia ſm qḋ deus eſt. patri eſt equalis hoc idem qḋ hic dicit propheta. chriſtꝰ de ſe in euangelio ait ſic. Exiui a patre: ⁊ veni in mundum. Iterꝫ relinquo mundum ⁊ vado ad patrem. Sequitur. nec eſt qui ſe abſcō. poſt verbi incarnationem. a cal. e. Verbum eñ caro factum: mortalitatem noſtram ſuſcipiens non permiſit vllum mortaliuꝫ ſe excuſare de vmbra mortis. i. de peccatis. quia ⁊ ipſam vmbram penetrauit. ⁊ diſſoluit. calor verbi. i. amor vel gratia chriſti. quando ſedentibꝰ in regione vmbre mortis lux orta eſt eis. Vel calor eſt ſpirituſſanctus quē reuerſus in celum. poſt aſcenſionem apoſtolis miſit a quo nemo abſconditur. quia vt deus oīum corda nouit. vt valeat arguere mundū de peccato. ⁊ iuſticia. ⁊ de iudicio. In his verbis oſtenditur trinitas ⁊ vnitas ⁊ vtraqꝫ chriſti natura. vbi enim dicit. a ſummo ce. pater intelligitur. vbi vero ait. egreſſio. intelligitur eterna generatio filij. Cum ait. occurſus. idem filius ſm hominē intelligitur. Cum ait. vſqꝫ ad ſummum eius. ipſe idem ſm qḋ deꝰ p̄ri eq̄l' cū ait. a calor. itelligit ſpūſſāctꝰ dicēdo vō eꝰ notat vnitatē trinitatis.

**Lex dñi imaculata ꝯuertens aīas: teſtioniū dñi fidle ſapiētiā preſtans paruulis.**

Lex dñi immacu. Secunda pars vbi laudat precepta veteris ⁊ noui teſt. Q. non eſt qui ſe abſcondat a calore eius. ſ a ſpiritu ſancto. qui ſpiritus eſt. Lex dñi ⁊ teſtimonium. ⁊ iuſticie. ⁊ precepta. et timor. ⁊ iudicia. Hoc aūt dicitur eē ſpirituſſanctus qui hec agit: que ſingula ꝯmendat ⁊ primo legem. Q. proceſſit ſpōſus de thalamo. et ſponſe dedit per ſpiritumſanctum dona Que: legem ⁊ alia v. ⁊ lex dñi. per moyſen data eſt. immaculata vel irreprehenſibilis. Alia lr̄a. i. per omnia eſt vera. ⁊ cōuertens a. i. ſua diſtrictione corrigens. ⁊ ad chriſti gratiam mittens. ⁊ teſtimoū. do. eſt fidele. et ſapientiam de diuinis. preſtans paruulis. non ſuperbis. Queeunqꝫ enim teſtimonia dedit deus iſrael: plena ſunt veritate. ⁊ humilibus ſapientiam dedeēt. non ſuperbis. Ideo etiam teſtimonium domini dicitur fidele. quia qḋ omnibus obſeruantibus promittit: complebitur

**Juſticie dñi recte letificantes corda p̄ceptū dñi lucid̄ illūiās oculos.**

Juſti. d. ſūt rec. i. lex q̄ iuſtificat: quicquid precipit iuſtum eſt. iuſticie dico. letifi. cor. ſpe premij. Sequitur Precep. do. hucuſqꝫ ꝯmēdauit vetꝰ te. hinc commendat. no. Vel aliter ab illo loco Lex do. Q. dico ꝙ chriſti calor vmbram mortis penetrauit. ⁊ vere quia ipſe chriſtus eſt. lex non humana ſed dñi. qui venit non legem ſoluere. ſed adimplere. immacl'a. quia ipſe peccatum non fecit. ⁊ alios immaculatos facit. qḋ non prior lex fecit ipſe dico. ꝯuer. a libertate dilectiōis ad ſe imitandū. nō premēs iugo ſuitutis: ⁊ nota ꝙ ait. aīas. i. voluntates. nō ſolū mō manꝰ vt vetꝰ lex manū maxie: ñ aīum cohibebat ⁊ ipſe ē te. do. fi q2 nemo nouit p̄rem niſi filꝰ ⁊ cui fi. vult reuela. ipſe dico. preſ. ſ. de diuīis ꝑuulis. q2 ea q̄ ſapiētibꝰ abſcōdita ſt ꝑ eū reuelata ſūt puul'. i. hūilibꝰ nō ſupbis ⁊ iuſ. do. oēs ī illo ſt rec. q2 nō docuit qḋ nō fec. vt q̄ imitarent eū cord: gauderēt in eis. q̄ l' qui libere cū charitate facerēt non ſeruiliter cum timore. iuſticie dico leti. cor. ſpe premij etni. ñ trētes tiore pe

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ne vt vetus faciebat. et precep. do. i. chri
ſti ē. luci·ᵗ. i. ſine velo carnaliū obſuan
tiaꝝ. preceptū dico: illu. ocu.ᵗ. i. intio
ris hoīs aſpectū. nō obtūdēs: ſicut moy
ſes. in cuiꝰ facie: nō pōterāt intendere fi
lij iſrael. et ideo: ponebat velamē ſuꝑ fa
ciem ſuam. ⁊:

**Timor dñi ſāctus ꝑmanēs in ſeculuꝫ ſeculi: iudicia dñi uera iuſtificata in ſemetipa.**

Timor dñi ē ſāctusᵗ. gratis. ſ. amās. nō
puniri ſꝫ ſepari timēs. ſ. nō timore pūi-
tionis: ſꝫ amiſſionis ſūmi boni ſeruiens
Hic ē timor caſtus ⁊ filialis. Quattuor
eñi ſūt timores. pret nālem. ſ. mūdanus
quo timemus ꝑdere bona mūdi. Serui
lis: quo timore pene. a malo oꝑe cohibe
mur. Initialis: quo: ꝑtim ex timore pe-
ne. ꝑtim: ex amore iuſticie ſeruit. filialiſ
ſiue caſtus: quo: ſpōſū offendere timemꝰ
et ſepari. et de hoc timore: hic agitᵗ. Nō
eñi ille penalis, ꝓ terrenis. quoꝝ amore
fornicat aīa: ſāctus ē. ſꝫ caſtus: quo quā
to diligit eccleſia: tāto diligētius cauet
offēdere ſpōſū. et iō: nō foras mittit hic
timor. a charitate ꝑfecta. ſꝫ ꝑmanet. que
foras mittit initialē. qui ī charitate qui
dem ē: ſꝫ nō ꝑfecta. ſeruilē āt et mūdanū
charitas etiā impfecta: euacuatᵗ. Timō
ergo ſeculi: nō ē ſāctus. qꝛ nō ē ꝑpetuus
⁊ cū tꝑibus mutat. i. mutari facit hoīes
de tꝑalibus habitis. vel amiſſis. Timō
āt dñi: ſine oī ꝑturbatione ē. qꝛ ē mixta
cū pauore dilectō. qꝛ ſ. timet iudicē: ſcit
miſericordē· Hic ergo timor ꝑmanet in
ſeculū ſeculi. qꝛ fructus eius manet in e-
ternūᵗ. Vel ipſe timor ꝑmanēt vſqꝫ in fi
nē vite. et iudicia do.ᵗ. i. patris. qui nō
iudicat quēqꝫ. ſꝫ oē iu. de. fi. ſūt in chri
ſto. va. qꝛ ſiue miat. ſiue pollicet: nemi-
nem fallit. et ſūt iuſti. ī ſemetipſa. vel in
idipſū. Alia lraᵗ. i. incōmutabilit qꝛ nō
eripit quis premia que dat vl penas. vl
iuſtifica. in ſemetip. qꝛ nō egēt alterius
auctoritate vt firma haēant: qꝫ ipiꝰ dñi

**Deſiderabilia ſuꝑ auꝝ ⁊ lapidem precioſū multū et dulciora ſuper mel ⁊ fauū.**

Deſiderabilia ſuꝑ auꝝ. Adhuc. ꝯmēdat
iudicia dei. Q. ⁊ qꝛ talia ſūt iudicia: dei
ideo ſūt. Multū deſi. ſuꝑ et lap. pre. Vel
ſūt deſide. ſuꝑ mul. au. et la. pre. Vel ſu
ꝑ au. et la. mul. pre. Quocūqꝫ āt mō lra
ordinet: hic ē ſenſus. ſūt Deſide. ſuꝑ au.
⁊ la. pre. mul.ᵗ. i. ſuꝑ oēs pompas huiꝰ
ſeculi. ꝓ quibus aliqñ iudicia dñi. non
deſiderant. ſꝫ timent. vel ꝯtemnunt. vl
non credunt. que pompe: ꝑ hec duo ſci
licet ꝑ auꝝ ⁊ lapidē ſignant. et ē ſenſus
Iudicia dñi ſunt deſiderabilia ſupra oē
id qd appetitur pro diuitijs. que notan
tur in auro. vel pro potentia que nota-
tur in lapide precio.ᵗ Vel pro volupta
te. que notatur in melle et fauo. Vñ ſab
dit. et ſunt dulciora ſuper mel ⁊ fauum
id eſt ſuper omnem dulcedinem tempo-
ralis voluptatisᵗ. Melli vero prefert
iudicia: ſm nouum teſtumentuꝫ in quo
quaſi mel eliquatum: manifeſta ſunt iu-
dicia dei. ſine figuris. fauo vero prefert
ſm vetus teſtamentum. id eſt ſecunduꝫ
hoc qd in veteri teſtamento continentur
vbi quaſi in cellulis figurarum claudū
tur. Comparatio tamen ad mel vel fauū
fit. quia in nouo iudicia aperta. et oper
ta in veteri teſtamento: que ſecunduꝫ v
trunqꝫ dulcius ſapiunt palato fidei. qꝫ
faucibus carnis mel. vel fauusᵗ. Vel ita
ꝑ auꝝ et lapidē. et mel et fauū intelligū
tur ſācti et eſt. Deſiderabilia ſūt ſuꝑ au
rū et lapidē precioſū multū et dulciora
ſuper mel et fauumᵗ. i. Si quis eſt aurū
vel lapis. vel mel. vel fauus. plus deſi-
derat. qꝫ ſe. iudicia dei. cuius volunta-
tem ſue preponit. et dulciora ſunt: quā
ipſe ſibi. Aurum autem et lapis precio-
ſus: eſt ille: qui nō eſt igne ꝯſumendus
ſed purus in theſaurum dei aſſumendꝰ
Cibus autem dei eſt ille: qui eſt mel. id
ē ſolutus iā a ſeculi huiꝰ vinculiſ: expec
tās diem: quo vēiat ī epulas dei. et ille
ꝗ fauꝰ ē. i. ꝗ adhuc circūplicat hac vita
qi mel ī cera·ñ huic vite ꝯcretꝰ. nec a car

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nalitate omnino liber·ī cui opus eſt preſ
ſura non deprimentis. ſed exprimentis.
manu dei. vt de temporali vita dirigat̄
ad vitam eternam Sequitur.

**Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiēdis illis retributio multā.**

Eteñ ſer. t. Uere ſunt dulcia. Eteñ. i. qr
ſeruus tu⁹ non tm̄ dicit. ſed etiam ope.
cuſto. ea. modo dulcia poſt ſalubria. et
ita non loquendo. ſed ea cuſtodiendo ꝓ
bat ea dulcia. cuſtodit ea dico ⁊ ret· mt̄.
·ī qſi q̄nta ſit nequit dici: eſt ī cuſtodiend̄
illis. i. in eoipſo: qd̄ cuſtodiunt̄ ·ī nō mō
in extra poſita re ſed in ipſis dum cuſto
diuntur in hac vita. qr in eis gaudetur
per ſeipſa placet. ⁊ ideo nō ait ꝓ cuſto-
diendis. ſed in cuſto. il. qr non tm̄ ꝓ eis
in futuro reddetur premium. ſed et hic
in eorum cuſtodia. magnum eſt gaudiū
Seruire eñ deo regnare eſt

**Delicta quis intellgit ab occultis meis munda me: ⁊ ab aliēis parce ſeruo tuo.**

Delicta quis itelligit. ·ī Tercia pars vbi
propheta petit ſe a vicijs purgari. vt ſit
dignus pſalmiſta. qui hec referat ſacra-
menta. Q. menti videnti: ſuauis eſt veri
tas. dulcia ſunt iudicia. ſed non vidēti
que erit ſuauitas? Nulla. Sed q̄re non
videt? propter delicta. nec mirum. Deli
cta eñ quis intel. Uel ita continua. Q.
ſeruus tuus cuſtodit iudicia. ſed timeo
ne quibuſdam preoccuper. quominus
ea cuſtodiam ·ī Quis eñ intelli. delict. ſ.
omnia? Q. nullus oīa. Quedam eñ no
ta ſunt. ideoqz orat ꝓ delictis ſubbdēs
ab occul. Q. vt poſſim intelligere. et te
laudare o domine. munda me ab occl̄. ⁊
par. ab ali. ſer. t. ·ī Omnia peccata in du
obus includit. occultis. ſ. ⁊ alienis. oc
culta ſunt originalia ⁊c̄ ·ī que ſecreta vo-
luntate oriuntur. que multis ante effe-
ctum rei celantur. que ſi forte noſcunt̄:
vt dicit Salomon. non eas poſt concu-
piſcentias: aliena ſunt: que ſuadentib⁹
malis hominibus vel diabo fiunt. pro
vtriſqz ergo precans ait. ab occul. ·ī. i. a
cupiditatibus in me latentibus: meis. ſ.
que ex me perueniunt: munda me: mea
enim me inquinant a meis dico munda
vt non ſeducar: ab alienis. quia non ca
pitur ab alienis: qui eſt mundus a ſuis
vnde congrue ſubdit: et ab ali: ſcz a pec
catis que aliunde ſunt parce. Aliena eñ
affligunt me: et ideo dico: parce mihi ſer
uo tuo. ·ī non ſuperbo meo et in poteſta
te mea eſſe cupienti. ·ī Ab illis ergo mun
da me ·ī tollendo mihi ex cord̄ malam co
gitationem. ·ī Ab iſtis parce repellendo
ſuaſorem. quia iam ſeru⁹ tuus ſum. nō
liber meus que ſi non dominantur: to-
tus ſum mundus. Unde ſubdit

**Si mei non fuerint dominati tunc immaculatus ero: et emundabor a delicto maximo.**

Si mei nō fuerint do. Q. dico parce ab
alienis. non ita qd̄ omnino tollantur.
qd̄ impoſſibile eſt. ſed ne dominentur.
quia. Si mei non fu. do. alieni: tunc im
macl̄a. ero a criminali ·ī Uel ita. Munda
ab occultis. parce ab alienis ita. ſcilz ne
dominentur. quia· Si mei non fuerint.
dominata. Alia lit. occulta ſcz et aliena.
tunc immac. e. a criminali macula. quia
noñ eſt tercia origo peccati preter occul
tum. quo cecidit diabolus. et alienum.
quo homo ſeductus eſt. et conſentiēdo.
fecit ſuum. Sequitur. et emunda: Q. et
ſi non fuerint dominata. emunda. a de-
licto maximo. i. a delicto ſuperbie quod
eſt vltimum redeuntibus ad deum· et ꝓ
mum recedentibus. hoc vere eſt maxi:
Non eſt enim maius delictum q̄z appo-
ſtatare a deo: qd̄ eſt initium ſuperbie: et
angeli et hominis: ·ī Superbia vero eſt
initium et cauſa omnis peccati. i. omnis
generis peccatorum: qua qui caret: ille
vere eſt immaculatus. Sequitur.

**Et erunt ut cōplaceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.**

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Et erũt vt ꝯpla. Q. imaculatus ero. et emundabor. et ita eloquia oris mei. erũt talia vt ꝯpla. i ꝯſpec. t. ſp. nõ hoīnũ. Si ãt nõ mũd᷒ a ſupbia fuero. eloquia mea placebũt ī ꝯſpectu hoīnuꝫ: nõ dei. Si vͦo mũdus fuero: nõ ſolum eloquia. ſed et me. cor. m. erit tal'. nõ vt placeat hoībusˀ. q2 iã nulla ẽ ſupbia. ſꝫ in ꝯſpe. t. ſ. qui ītus vides. ⁊ ꝯſciaꝫ purã īſpicis. In ꝯſpectu tuo. O

**Domine adiuto2 me᷒: ⁊ redẽp tor me᷒.**

Dñe qui es adiu. ī bonis agẽdis. meus. i. mei tendentis ad te: et hoc inde: q2 es redẽp. m. a malis. vt tenderẽ ad teˀ. Caueat ergo quiſq3 ne ſibi ꝯuerti ad te. vel ꝑuenire tribuens: repellatur vt ſuperbus.

## In finem pſalmus dauid. Patet titulus.

In finẽ pſalmus dauid. Pat3 titulus. ˀ Hic agit ꝑpheta de chriſto: q̃ſi de ſacerdote imolaturo: et rege pugnaturo. ˀ vbi figura optãdi. canit ꝑpheta. q̃ ventura ſũt chriſto. tpe afflictiõis eius. qd̃ fuit vſq3 ad paſſionem: ⁊ tpe gaudij qd̃ fuit poſt reſurrectionẽ. ¶ Intentio monet fideles ad idẽ deſideriũ. Modus. Bipartitus ẽ pſalmus. Prio: dicit ea que tẽpe tribulatiõis vult chriſto fieri. Scd̃o optat ⁊ affirmat. que tpe glorie fient ibi Tribuat tibi. Optans igit̃ chriſti vocẽ tanq̃3 ſacerdotis exaudiri: ait o chriſte.

**Exaudiat te domin᷒ in die tribulationis: protegat te nomen dei iacob.**

Dñs pat̃. exau. te in die tribu. ˀ q̃ dixiſti pat̃ clarifica filiũ tuũ. exaudiat dico: ita vt ꝑtegat te nomẽ dei. cui ſtudes dei dico iacob. i. iunioris ꝑphete. Iõq3 te ꝑtegat. q2 ad te ꝑtinet populi. poſter᷒ natus ꝑ quo: pugnas. hic ẽ populus chriſtianus. Et:

**Mittat tibi auxilium d̃ ſancto ⁊ de ſyon tueatur te.**

Mittat tibi auxiliũ d̃ ſcõ. i. ˀauxilieť tibi faciẽs tibi ſanctificatũ corpus. i. eccleſiã et de ſyon tueať te. Syon inťpretať ſpecula. vel ſpeculatio. De ſyon ergo tueť deus chriſtũ. cũ eccleſiã que ẽ corpus eius de alta ſpeculatione tutam facit. Et:

**Memor ſit omnis ſacrificii: et holocauſtum tuum pigue fiat.**

Memor ſit oīs dñs ſacri. t. ˀ. i. memores nos faciat omniũ iniuriarum. et contumeliarum. quas pro nobis tuliſti. ⁊ holocauſtum tuum pingue fiat. id eſt iocũdum fiat deo. id eſt crucem. qua tot᷒ oblatus es: conuertat in leticiam reſurrectionis. ¶ Aliter totum. Exaudiat. ⁖ Poteſt enim etiam eccleſie conuenire. quod hic optatur. ⁖ propheta enim ex nimia charitate. optat proſpere euenire eccleſie. ea ſcilicet que per chriſtum videbat ventura ſic dicens. o eccleſia. Dominuſ exaudiat te in die tribulationis. quo maiori deſiderio: deum precamur. ita protegat te nomen dei iacob. id eſt ita protegat. vt tibi faciat. quod iacob fecit. vt ſicut illi. ita tibi gratiam benedictionis det. et preponat te iudeis ſicut illuꝫ prepoſuit maiori fratri eſau. queꝫ electo iacob reprobauit. ita reprobatus iudeis eccleſiam gentium elegit ſecundum illd̃. Erunt nouiſſimi primi: et primi nouiſſimi. et o eccleſia Mittat tibi pate2 auxilium de ſancto ⁖. id eſt de miſſo filio. et de ſyon tueatur te. id eſt de ſpeculatione te faciat tutam. et Memor ſit omnis ſacrificij tui ad remunerandum te. Sacrificium eccleſie preuidebat propheta per ſpiritum ſanctum. que offert. non ſacrificium pecudum. ſed corpo2is. et ſanguinis chriſti. et holocauſtum tuum. ⁖ vbi intentio amore dei tota inceditur pingue fiat. id eſt iocundum deo. Sequitur.

**Dyapſalma.**

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

**Tribuat tibi ſecundum coꝛ tu um: ⁊ omne conſilium tuum ꝯ firmet.**

Tribuat tibi. Secunda pars. vbi optat et affirmat que tempoꝛe gloꝛie vult fieri chꝛiſtus. Q. exaudiat te. trbuat tibi ſe cundum coꝛ. t. i. ſcđm intentionem tuaꝫ qui ſciſti quid valeret paſſio. nō ſecūduꝫ coꝛ eoꝝ qui te delere voluerunt. ⁊ conſi. t. ꝯfir. i. ꝯpleat. quia omnia alto cōſilio facit chꝛiſtus. et addit omne. ſ. nō ſolum quo animā poſuiſti ꝑ vita plurimoꝝ. vt moꝛtificatū granum copioſius ſurge ret. ſed etiā quo cecitas ex ꝑte ꝯtigit in iſ rael. vt ple. gen. ſub. et ſic. o. iſ. ſal. fiet.

**Letabimur in ſalutari tuo: et i noīe dei noſtri magnificabim̄.**

Letabimur. Q. hec ideo oꝛo o chꝛiſte. qꝛ letabimur in ſalutari tuo. i. in eo qđ tibi moꝛs nō nocebit. in quo nobis eam non poſſe nocere facis. ⁊ in noīe dei noſtri. ſ. chꝛiſti: magnificabimur. eius noīe dicti chꝛiſtiani. vel in noīe dei no. mag. i. con feſſio tui noīs nō perdet. ſed magnifica bit nos. dū ait letabimur et magnificabi mur. oſtendit ꝓpheta ſe vnū de eccleſia tanto tempe ante chꝛiſtū. Sequitur.

**Impleat dominus omnes pe titōnes tuas: nūc cognoui qm̄ ſaluū fecit dñs chꝛiſtum ſuum**

Impleat. d. Q. qđ per ſingula: Impleat do. om. peti. tu. nō ſolū quas in terra fe ciſti. ſꝫ etiā eas quas in celo facis. iterpel lans ꝓ nobis. nec inde dubito. quia iam nunc cognoui tanto ante. i. ꝑ ꝓphetiaꝫ mihi oſtenſuꝫ eſt. qm̄ ſaluū fecit. i. ſaluū faciet dñs pater chꝛiſtū ſuū. i. qđ reſuſci tabit dominus chꝛiſtum. Et:

**Exaudiet illum de celo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dex tere eius.**

Exaudiet illū de celo. ſa. ſu. non ſolum de terra. vbi petit clarificari. ſed etiam in celo vbi interpellat ꝓ nobis ad dexteraꝫ patris. mittens inde ſpm̄ſanctū ſup cre dentes. i potenta. Q. exaudiet illū vtiqꝫ in hoc: qđ in poten. noſtris ē ſalus. dex. e. i. potētatus noſtri ſunt ſalus fauoꝛis eius. i. nos potētes ſum⁹: ex auxilio gra tie eius cum etiā de tribulatōne dat no bis auxiliū. vt qñ infirmammr: tunc po tentes ſimus. qꝛ vana eſt ſalus hominis que eſt ſiniſtre. vñ ⁊ ſupbia naſcitur. dū peccantes extollunt. quia tempaliter ſal ui ſunt ō q̄bus ſubdit. Hi in curribus. et in equis. ⁊c. Vel ita. quia dixerat chꝛi ſtum petere et exaudiri: per quod oſten ditur verus. homo: vt ipſoꝝ quoqꝫ om nipotentem deuꝫ oſtēderet. addit. in po tentatibus. Q. petet. et exaudietur vt ve rus homo. tamen ipſe idem eſt deus om nipotens. quia ſalus eſt dextere eius. i. i dextera diuinitatis eius ſalus eſt. i. habꝫ in deitate. qđ petit ex carne. et hec ſalus nō eſt tempalis. nec aliquibus malis af ficienda. ſed eſt in potētatibus. i. ſuos fa cit potētes i etnitate. ſal⁹ aūt ſiniſtre ſūt tpalia. in quibus potentes erūt ñ ſui. et hoc eſt quod ſubdit:

**Hi in curribus et hi in equis: nos autem in nomine domini dei noſtri inuocabimus.**

Hi in curribus. q. ſalus dextere eius ē in potētatib⁹ ſꝫ hi q ñ ſūt ſui. ſunt. in cur. i. in volubili ſucceſſione tempoꝛaliuꝫ bonoꝛum trahuntur. et in ſeculari po tentia gaudent. et hi ſunt. in equis. i. ſu pbis honoꝛibus gaudent. Tangit duo genera triumphoꝛum. qui erant apud antiquos. vnus maioꝛ aliter minoꝛ. Ma ioꝛ triumphus: qui dicebatur laureatū in curro fiebat. Minoꝛ qui dicebatur o uatio: fiebat in equo. et per hec: deſpicit eos pꝛopheta: qui de terrena dignitate preſumunt. nos autem. Quaſi illi exul tant in huiuſmodi: nos autem in nomi ne domini dei noſtri īuocabimus. ſpem figentes in eternis. nec gloꝛiam noſtram querentes: ſed dei.

**Ipſi obligati ſunt et ceciderūt nos autem ſurreximus et ere cti ſumus.**

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Ipſi oblig. ſunt. Hic oſtendit quõ vana ſit ſalus hominũ. Q. illi ſunt in currib⁹ et in equis. ideo: Ipſi obli. ſũt. terrenis deſiderijs. ſ. cupiditate tpaliũ nolentes parcere dño ne pderent locũ ⁊ gentẽ. et irruentes i lapidẽ offenſionis: et petram ſcandali. ceciderũt. de ſpe celeſti in mortẽ cecitatis quãuis videant̃ ſtare recti: qui bus cecitas ex pte facta eſt dei iuſticiam ignorantibus: et ſuã ꝯſtituere volentib⁹ nos aũt. q. iudei obligati ceciderũt. nos aũt populus gentiũ de lapidib⁹ ſuſcitati filij abrahe. ſurre. a vicijs et morte. et hoc. nõ viribus noſtris: ſed p fidẽ iuſtificati. erec. ſu. ad alta.

**Dñe ſaluum fac regem: exaudi nos in die qua inuocauerim⁹ te**

Domine ſal. fac re. Hic ẽ ꝯcluſio pſalmi et q̃ ſic erit. i. q̃ ſaluo rege: ſalui erimus ergo o dñe ſal. fac re. chriſtũ. vt qui patiendo exemplũ preliandi nobis dedit. offerat etiã ſacrificia nr̃a ſacerdos exsuſcitatus a morte: et i celo ꝯſtitutus. et co iam p nobis offerẽte. Q. p eũ aduocatũ exaudi nos in die. q̃ inuo. te. i. qua vere credim⁹ eum reſurrexiſſe. quia hoc eſt vere inuocare.

Ps .XX.

## In finem pſalmus dauid patz titulus.

In finem pſal. dauid. Patz titulus Iſte ẽ tercius pſalmus eoꝝ qui d duabus in chriſto naturis agũt de q̃re preceſſerunt duo. ſ. ſcd̃us et octau⁹. et ſequũtur alij quidaz de eodem: in quibus omnibus monſtratur vna pſona chriſti ſubſiſtens in duabus naturis contra hereticos. qui vel pſonam diuidunt. vl̃ naturas nefanda cõmixtione confundunt. Hic autem ppheta deſcribit chriſtuz celeſtem regem verũ deum et hominem. vt auditum credat mũdus: quẽ viſum contempſit iudeus. ¶ Intentione monet vt chriſtum deũ et hominẽ credamus. Modus tripticus eſt pſalm⁹. Primo ſummã i. ſummati meritum et premiũ pponit. Secundo virtutes chriſti et gloriam deſcribit ibi. Qm̃ preueniſti e. Tercio agit de penis inimicorum ibi. Inueniatur. Quod autem in precedenti pſalmo orauit de chriſto. hic annũciat ita incipiẽs.

**Domine in uirtute tua letabitur rex: ⁊ ſuper ſalutare tuum exultauerunt uehementer.**

Domine pater rex. ſ. homo chriſtus. leta. in virtu. tua. ſ. verbi. i. in eo q̃ verbum caro factum eſt. q̃ recte dicitur virtus tua: quia tibi coomnipotẽs. Ecce meritum quia nõ de ſe homo chriſtus preſumpſit: ſed verbo omnia tribuit. Unde hoc premium habuit q̃ per eum omnia ſaluata ſunt. vnde ſubdit. et ſup ſa. tu. i. ſuper hoc quod per eum omnia viuificans. exulta. vehe. vt res magna eſt. et hoc ideo. quia.

**Deſiderium cordis eius tribuiſti ei: ⁊ uoluntate labiorũ eius non fraudaſti eum.**

Deſideriũ cordis eius tribuiſti ei. ſ. comedere paſcha cum diſcipulis quod deſiderauit. et cum vellet ponere animam et iterum ſumere et mũdum redimere. et volũ. labioꝝ. i. verboꝝ ei⁹. i. per verba prolata. non frau. eũ. Quicquid enim dixit factum eſt. Dixit enim pacem meã relin. vo. et factum eſt. verbum quoqz eius impletum eſt: fugando demones: ſanando infirmos. predicatio quoqz eius recepta eſt

Dyapſalma.

**Quoniã pueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide precioſo.**

Dyapſalma ⁊c. Quoniam preueniſti. Secunda pars vbi virtutes eius et glo-

am deſcribit. Q. Unde hoc ei: Qm̄ pre-
cū in bn̄d. dul. Benedictiones dicit imu
nitatē peccati. qua: chriſtus donatus eſt
etiam in cōceptōne vt poſtea ei peccatū
nō obeſſet. que dicitur dulcedinis. quia
totū ex gratia fuit. Cum ergo alij in ama
ritudine ade preueniant. eū ſolum: pre
ue. in bn̄dic. dul. i. imunitate peccati. q̄
eſt ex gratia. et illi preuento imunitate
fel peccati noſtri nō nocuit. et poſu. in
ca. e. co. de. la. pre. i. facies eum regem. a
ſimili triūphantis. vel po. in ca. e. co. de
la. pre. i. in principio ſermonis eius am
bierunt eum lapides precioſi. ſ. apoſtoli
a quibus exordium predicatōnis fieret.
Iſti ſunt. xij. lapides precioſi in rationa
li iuditij. qui erant inſculpti noibus. xij.
filiorum iſrael. que ſūmus ſacerdos ingreſ
ſurus tabernaculum in pectore geſtabat
quia doctor eccleſiaſticus vitam ſancto-
rū precedentiū debet inſpicere. atq3 do-
ctrinam. et qui precipue operibus virtu
tū floruerint. ⁊ doctrina veritatis claru
erint. ſolicite ſcrutari. et hec cuncta in
ſecreto pectoris colligere. ⁊ operis execu
tōe prodere. Coronam vero dicit. quia
docentez chriſtum circuitus apoſtolorum.
tanq̄3 corona ambibat. Vel ita. preueni
ſti. e. in be. d. i. prius et plenius in eum
munera gratie contuliſti. in quo omnes
viuificantur. cui ſpiritus non eſt da-
tus ad menſuram et de plenitudine eius
nos omnes accepimus. vnde: propterea
vnxit te. d. d. t. o. le. pre. conſor. t. In eo
em̄ plenitudo diuinitatis corporaliter ha
bitauit. vt ſit ipſe primogenitus in multis
fratribus. i. pre ceteris habens ſpiritum
et prius ceteris reſurgēs. impaſſibilis et
immortalis quos poſt mortis experientiā
aptaſti ei, quaſi capiti coronaz. vnde ſb-
dit. poſu. in ca. e. co. de. lapide. pre. q2
totus mundi circulus. i. eccleſia genera
lis: eum fide ambit. vt corona caput cir
cundat. Sequitur: Et

## Uitam peciit a te et tribuiſti ei longitudinem dierum in ſeculum ⁊ in ſeculum ſeculi.

Uitam. i. reſurrectionez petijt a te. dicēs
Pater clarifica filium tuum. et tribu. ei.
eccleſie vero ſue petii t. et tu tribuiſti ei.
lon. di. in ſe. et i ſe. ſecli. i. longa tempora
huius ſeculi. que habet eccleſia. et deinō
eternitatem. Et preterea:

## Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam et magnum deco rem impones ſuper eum.

Magna eſt gloria eius. i. dabis ei nomē
quod eſt ſuper omne nomē. et hoc: in ſa
lutari tuo. i. in hoc quod reſuſcitaſti eū
quia ⁊ ſi an̄ habuerit nomen dei: tamē in
reſurrectione innotuit. et tunc dicit res
fieri. quando innoteſcit. Sicut et ipſe iā
reſuſcitatus ait. Data eſt mihi omnis po
teſtas in celo et in terra. et adhuc: impo.
ſu. e. i. addes ei. glaz et mag. deco. cum in
celo ad dexteram tuam collocabis eum.
et vere ita erit:

## Quoniam dabis eum in bene dictionem in ſeculum ſeculi: le tificabis eum i gaudio cuz uul tu tuo.

Quoniam dabis eum in benedictionem
in ſeculū ſeculi. i. ipſe erit in benedictio
ne ſine fine: et hec erit illa benedictio. q2
letificabis eum. ſecundū hoīem quem le
uauit ad te. vt ſit in gaudio cum vultu
tuo. i. cum preſentia tua: Vel ita ab illo
loco: Magna eſt gloria eius. chriſti ho-
minis in ſalu. t. i. in verbo patris. Que
inde eſt gloria: Ecce. impones ſuper euz
gloriā. de iudicio. quia in deitate iudica
bit. et magnū decorem in maieſtate que
tūc apparebit. Nota q̄ hic dicit chriſtus
in diuinitate iudicaturus. Alibi vero:
in humanitate. vtrunq3 verum eſt: In
humanitate enim iudicabit. qua for-
ma ſerui in iudicio omnibus appa-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

rebit. In diuinitate vo quia ex ea potentiam iudicandi habet. vel gloriã ⁊ mag. deco.i.gloſos ⁊ decoros: vt fuit petrus cuius vmbra infirmi ſanabant̃.iPones ſu. eũ. preſque nõ ẽ aliõ fundamẽtũ. vt ait apl'us.fundamẽtũ eni poſitũ ẽ qđ nemo mutare põt qđ eſt chriſtus ieſus. iõ ſup eum. Qm̃ da.e.in beñ.in ſe.ſe.ſ. vt p eũ oĩs benedicant̃ gentes ſicut ꝓmiſit deus abrahe. In ſemine tuo benedicẽt omnes gentes: ⁊ letifi.e.in gau.cũ vul.tu.i.de hoc qđ ſui gaudebũt cum tua preſentia qñ eris omnia in omnibus. Sequitur

**Qm̃ rex ſperat in domino: ⁊ i miſericordia altiſſimi non cõmouebitur.**

Qm̃ rex ſp.in do. Reddit cauſam oĩum precedentiũ q̃ſi merito hec egi. Qm̃ rex ſ.homo chriſtus nõ ſupbit: ſed vt humil corde.ſpat in do. ⁊ in mĩa al. ⁊ ideo non cõmouebitur.i.nihil turbabit hũilitatẽ eius: ⁊ obedientiã vſq₃ ad mortẽ. vel ſic diſtingue.in mĩa alti. non cõmouebitur idem ſenſus.

**Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: ⁊ dextera tua iueniat omnes qui te oderunt.**

Inueniatur ma.tu. Tercia ps vbi agit ꝓpheta de penis inimicoꝝ chriſti. vt ſupra egit de laudibus ipſius: ⁊ loquit̃ ad chriſtum. Q. et qr talis es.o rex chriſte. manus tua.i. poteſtas tua iueniat̃ cu₃ ad iudiciũ veneris. oĩbus ini.tu. quia eam in hũilitate tua nõ cognouerũt. et dext. tua.i.claritas qua regnas ad dexteram patris.iueniat. puniẽdos in die iudicij. oẽs qui te ode.quia ipſi nũc non iuenerunt eam. vel ad patrẽ loquit̃. ⁊ accipit partim de preſenti in bono.partim de futuro i malo.et dicit manũ et dexterã filium. Q. qr rex talis ẽ o pater manus tua.i. filius tuus:iue.p fidẽ.oĩbus ini.tu.vt credant et ſi cui nõ iuenit̃.dext.t.i.ipſe filius iueniat.i die iudicij oẽs qui te ode.puniendos.et ſic erit. Quia.

**Pones eos ut clibanũ ignis in tempore uultus tui: dñs in ira tua cõturbabis eos: ⁊ deuorabit eos ignis.**

Pones eos vt cli.ignis.i.ardentes intus in ꝯſcientia ipietatis ſue.et hoc in temp. vult.tu.i.in tempe manifeſtationis tue. Deinde pſonã mutãs oſtendit illos etiã exterius cruciãdos.ſubdens dñs in. ⁊c. Q.ignis ꝯſcie itus cruciabit eos.et preterea.dñs in ira ſ.i.i iudicio futuro.vbi iraſci mal' videbit̃.ꝯturb.e.cũ dicet. Ite maledicti in igñ.et̃.et mox deuo.e.igñ. infernalis vbi erit fletus et ſtridor dentiũ Ordo damnationis oſtẽditur. quia pius accuſationẽ ꝯſcie cõturbati vindicta dei deuorabũtur eterno igne. Unde ꝓpheta ſophonyas ait. A pma porta erit clamor et a ſcđa vlulatus. Q.eni due porte ſunt viſus et auditus. A pma ergo porta que eſt viſus erit clamor cum impij viderint omnia mala ſua: cõſcientijs ꝓprijs eos accuſantibus.vnde. Ecce homo: et oĩa opera eius corã eo. A ſecunda vero porta.i.ab auditu erit vlulatus.i.dolor vehemens cũ in vltimo hanc damnationis ſententiã audierint.ſ. Ite maledicti.et c.

**Fructum eoꝝ de terra perdes ⁊ ſemen eoꝝ a filiis hominũ.**

Fructum eoꝝ.quia de ter.eſt.i.terrenus de terra viuentium.perdes.i.nõ erit eis fructus beatitudinis in terra viuentiu₃ quia terrena amauerunt. et ſemen eorũ. i.opera vel illos quos ſeduxerunt.pdes a fili.ho.i. non deputabis iter heredes regni.hec autẽ pena ideo erit illis.

**Quoniam declinauerunt i te mala: cogitauerũt conſilia q̃ ñ potuerũt ſtabilire.** Qm̃ mala que ſibi iminere a romanis te regnãte puta-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

bant:decli.i.retorſerūt i te occidēdū. vl
mala que i eis erāt:decli.i te.i. impoſue
rūt tibi dicētes. Demoniū hēs et huiuſ
modi:et co.ſi.hoc ſcꝫ Expedit vt vnuſ
moriat̃,p populo et ne mund⁹ poſt euꝫ
abiret:que tamen oīa ꝑierunt. vnde ſb
dit:que nō po.ſta. iuxta volūtatem ſuā
i neſcientes quid dicerēt. veꝝ quidē dice
bāt:ſed non intelligebant.

**Qm̄ pōes eos dorſū:i reliqui
is tuis ꝑpabis uultum eoꝝ.**

Qm̄ pones. Poſtq̄ꝫ dixit de pena eorū
futura:dicit de pn̄ti:que eſt cauſa futu
re. Q.iō hec eis erūt i fuꝰo: Qm̄ in pn̄ti
pones eos dorſ ū t.ordinabis eos in hiſ
excecatis:a quib⁹ poſtpoſitis et cōtentis
auerteris.et i reli.tu.i.i his que relinq̄s
et reꝑbas id ē i cupiditatib⁹ regni t̃reni
q̄s nō amas:prepa.tibi ad paſſionē vul
tū.i.ipudentiā eoꝝ:dum,ꝑpter retinēdi
regni cupiditatē chriſtum occiderūt: qd̄
patient̃ ſuſtinuit,p ſalute nr̄a vl̄ diſpoſi
tū erat. vel ita. Qm̄ pones.q̄ qꝛ hoc iu
dei faciūt:po.eos dor.i.r̃pelles eos a te
et Qm̄ pones eos dor.i.qꝛ hi repellent̃
a te:i reli.tuis.i.i his quos tibi relinq̄s
de gētib⁹ aſſumēdos:preꝑabis vul.i.co
gnitōꝫ tui.vultū dico eoꝝ.i.qui deberꝫ
eſſe eoꝝ:quia eis credita fuerūt eloq̄a le
gis et ꝑphetaꝝ et ad eos venit chriſtus
vel dorſū ſūt iudei qui t̃rena nō celeſtia
cōtemplant̃.et eſt iō hoc eis in fuꝰo.qm̄
po.eos dor.i.ꝑmittes eos curuari vſq̄ꝫ
ad terrena que retro ſūt:et vultū e⁹ i.ma
lā intentōēꝫ eoꝝ preꝑa.i re.tu.i. paras
ad paſſionē tuā:vt cū putarēt occidere:
ſalus mūdi fieret. Parauit ergo chriſt⁹
intentōēꝫ eoꝝ bonū de ea diſponendo

**Exaltare dn̄e i uirtute tua:cāta
bim⁹ et pſallem⁹ uirtutes tuaſ**

Exaltare dn̄e. Hec ē ꝯcluſio pſalmi.q. il
li ita cogitauerūt:ſꝫ tu dn̄e quē hūilem
nō ꝯgnouerūt.exalta.i.i gl̄a reſurge: et
hoc i v̓tu.t hūilitatis quā ifirmitatē pu
tauerūt:et nos cā.et pſal.v̓tutes t.i. coꝛ
de et oꝑe celebrabimus: et nota faciem⁹
mirabilia tua. XXI



**In finē ps dd̄ ,p aſſūptōe uel
ſuſceptōe matutina:ſeu ,p cer
ua matutina.**

In fi.ps dd̄ ,p aſſū.vl̄ ſuſ. ma.
ſeu,p cerua ma. Ps iſte ꝑmus
eoꝝ ē qui ꝑncipalr̃ et late agūt
de chriſti paſſiōe:et cū iſte ps ſufficeret i
teſtimoniū dn̄ice paſſiōis ne q̄ ſit alicui
excuſatō:ne qua ābiguitas ſequāt̃ et alij
q̄ttuoꝛ de eadeꝫ re a ꝑte ſcpti.ſcꝫ t̃ceſim⁹
quart⁹ ⁊ q̄nq̄geſim⁹ q̄rt⁹ ſexageſim⁹ octa
u⁹ et cēteſim⁹ octau⁹ quoꝝ oīm tal̓ ē for
ma:qꝛ a gemitu et ab orōē icipiūt:⁊ i ſa
lute hoīm t̃minā̃t:ne audita paſſione fi
deles deſꝑēt:ſꝫ ex ea v̓aꝫ ſalutē eē credāt
In titl̓o tn̄ nō fit mētio de paſſiōe ſꝫ d re
ſurrectōe cū ait,p aſſū.l̓ ſu.ma. Sꝫ ꝑ id
qd̄ ſeq̄t̃.i.ꝑ aſſūptōem notat̃ qd̄ ,pcedit
id ē paſſio. vt cū dicit̃ aliq̄s mānumiſſus
intell̓r fuiſſe ſeru⁹.ita etiā cū dr̄ chriſt⁹ r̃
ſurrexiſſe itelligit̃ mortu⁹ fuiſſe. Aſſūptō
aūt vel ſuſceptō matutina dr̄ reſurrectō
chriſti que mane facta eſt cū adhuc tene
bre eēnt: quādo hūana natura i glāꝫ aſ
ſūpta ē.et hoc dicitur a ſimilitudine ſo
lis:qui paulatim aſcendendo aſſumitur
donec vbiq̄ꝫ clareſcat. Sic chriſt⁹ d paſ
ſione ad reſurrectionem inde in celum
ad dexteram patris aſcendit. vnde miſ
ſo in apoſtolos ſpiritusſancto mundum
fidei radijs illuſtrauit. Et quia hic pꝛici
paliter agitur de paſſione:i qua chriſt⁹
orauit,p reſurrectōe bn̄ non de aſſūptio
ne ſed,p aſſūptōne dicit. Et eſt ſēſus titl̓i
talis. Ps iſte tendens in finem. id eſt in
chriſtū.de cui⁹ paſſione agit ē dd̄.i.chri
ſti q̄ hic loq̄t̃ i ꝑſōa ſua vl̓ ꝑ ꝑſōa vetiſ
hoīs.i.eccl̓e:que vetus eſt in culpa et in
pena. Vetuſtas nanq̄ꝫ nr̄a in duob⁹ cōſi
ſtit:i pena.ſ.et in culpa.que duo chriſt⁹
i nobis conſumpſit per ſuam ſimplā ve
tuſtatē. vnde et vna die et duab⁹ noctil
b⁹ i ſepulchro iacuit:ſignificās ſe ſimpi
ci ſua vetuſtate noſtrā gēminā ꝯſumere
Nā vt ait apoſtolus. vet⁹ hō noſter cō
fix⁹ ē cruci cū illo. vn̄ oſee ꝑpheta. Ero
mors tua o mors et c.chriſti dico oran

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tis ꝓ aſſūp. ma. l. agētis de paſſiōe. vbi oꝛat ꝓ reſurrectiōe mane facta. hic ergo oꝛatur aſſumptio chꝛiſti. i. reſurrectio ꝓ q̄ premittit paſſio. ita expꝛeſſe expoſita. Q. ſit hyſtoꝛia euāgelica: non ꝓphetia. Et merito ita diligent narrat: quia ipſa paſſio ſalus eſt mūdi. Alij autē habēt ꝓ cerua ma. qḋ idē eſt ſm aliā ſimilitudinē. Cerua enī eſt hūana chꝛiſti natura que lutum ⁊ ſpinas. ſ. peccatoꝝ trāſilijt vel trāſiliuit. ⁊ mane in gloꝛiā reſurrectiōis q̄ſi in altum eſt aſſumpta. ¶ Intentione monet nos compati chꝛiſto: vt cōregnemus. Modus triptitus eſt pſal. Pꝛimo premittit ꝯqueſtio de derelictiōe: necnō ⁊ oꝛatio ſicut in oībus pſalmis de paſſione. Scḋo deſcribit paſſio: vbi ⁊ oꝛat reſurrectio. ibi Circūde. ⁊c. Tercio fructus ⁊ vtilitas paſſionis oſtenditur ibi. Narrabo. ⁊c. chꝛiſt⁹ ergo ſub pſona veteris hoīs pene et culpe expoſiti clamat.

**Deus deus meus reſpice ī me: quare me dereliquiſti lōge a ſalute mea: verba delictoꝛum meoꝝ.**

Deus deus me⁹. De⁹ geminat ex affectu: vel deus omniū per potentiā creationis. Qui es deus meus ꝓpꝛie per cultum. reſpice ī me. hoc nō ē in hebꝛeo: ſed additum eſt a ſeptuaginta intꝑpꝛetib⁹. magis ſenſum q̄ꝫ verba ſequētib⁹. reſpice dico: ⁊ neceſſe eſt. qꝛ dereli. m. i. pene ⁊ culpe me expoſuiſti. ⁊ hoc q̄re: Secūdū hebꝛeum ita iunge litterā. Deus deus me⁹ q̄re dereli. me. Mirū eſt quomodo chꝛiſtus dicit. dereli. me. cum ⁊ deus eſſet cū eo. Non enim dereliquerat illum deus: cum eſſet verbum dei deus. ſed ꝓ nobis hoc dicit: qui in eo ſumus vnum vt mēbꝛa: ⁊ ſumus coꝛpus eius. Coꝛpus enim chꝛiſti eſt eccleſia ꝓ q̄ hoc dicit: ꝑ qua ⁊ verbum caro factum eſt: ⁊ habitauit in nobis. ſequit. longe. hic eſt ſolutio. Q. ecce. queritur ideo. ſ. quia longe es a ſa. me. ſ. mei veteris hominis: quia longe eſt a peccatoꝛibus ſalus. Et hec verba. ſ. dereli. me. ⁊ longe. et quare non ſunt iuſticie: ſed delic. me. i. oſtendunt me non eſſe iuſtum: ſed peccatoꝛem. vel ſub vna diſtinctione. lon. a ſa. me. ſunt verba deli. m. i. verba mea dicit chꝛiſtus in pſona veteris hoīs: que ſtulta ſunt ⁊ delicta ſūt cauſa. quare. tu lōge es a ſalute mea.

**Deus meus clamabo ꝑ diez et non exaudies: ⁊ nocte: ⁊ nō ad inſipientiam mihi.**

Deus meus clamabo. Item hic chꝛiſtus ex pſona veteris hoīs. Q. ita lōge ſunt a ſalute ꝙ clama. ad te. o tu qui es de⁹ meus ꝑ diem. i. in ꝓſperis vt nō abeant. et nocte. i. ī tribulatiōe vt abeat. et nō exau. me clamātē ſic. qꝛ v̄bis delictoꝝ clamo. Q̄uo hic dicit qui pctm̄ non fecit: nec īuentus ē dolus ī oꝛe ei⁹. Sed de nobis coꝛpe ſuo dixit hoc. ſ. de me: de te: de illo. Coꝛpis enī ſui. i. eccl'ie gerebat pſonā ſicut ⁊ alibi cū dixit: tranſeat a me calix iſte ꝓ nobis loquit. niſi foꝛte putat timuiſſe moꝛi. i. timoꝛe moꝛtis ſue illud dixiſſe. Sed non vere timebat dn̄s pati. tercia die reſurrecturus cū arderet paulus diſſolui ⁊ eſſe cū chꝛiſto. Non eſt enī foꝛtioꝛ miles q̄ꝫ impatoꝛ. Sufficit ſeruo vt ſit ſicut dn̄s eius. Miles ergo coꝛonādus gaudet moꝛi: ⁊ dn̄s coꝛonaturus timet moꝛtē. Sꝫ īfirmitatē nr̄aꝫ tꝑꝛeſentāſ ꝓ ſuis infirmis qui timēt mori hec dixit illoꝝ vox erat: ſicut ⁊ hic vox mēbꝛoꝝ ē ñ capitis. clamabo ꝑ di. ⁊ no. ⁊ nō exau. Multi enī clamāt ī tribulatiōe ⁊ nō exaudiunt. Sed aīaduertēduꝫ ē diligent ꝙ Aug⁹. hic videt dicere. Chꝛiſtū nō veraꝫ triſticiā vl' timoꝛē hūiſſe: cū idē alibi dicat. Chꝛiſtū ſic verā triſticiā vl' timoꝛem aſſūpſiſſe: vt verā carnē. Et euāgl'm quoq̄ꝫ dicit. Cepit iheſus pauere ⁊ tedere. Diſtinguat ergo lectoꝛ q̄uo vtꝛūq̄ꝫ dictū ſit ⁊ vtꝛūq̄ꝫ v̄m eē ītelligat. v̄e enī moꝛtē ñ timuit. i. ncc̄itate ꝯditōis illi ōfectui ñ ſubiacuit: qꝛ ſī vicio ⁊ pctō fuit: ⁊ tñ veruꝫ timoꝛē ⁊ triſticiā ī ſe ſuſcepit. q̄uo verā cānē: ſꝫ ſola volūtate miſeratōis. nō ncc̄itate ſue cōditiōis. v̄m itaq̄ꝫ timoꝛē moꝛtis hn̄s illō dixit trāſeat a me calix iſte: ſꝫ ma

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

xime ꝓ infirmis mēbris. Jta et hic ex mē
broꝝ ꝑſona. dicit ſe nō exaudiendū. ſed
hoc: ad ſalutē. non ad inſipientiam eſt:
vnde ſubdit. et nō ad inſip. mihi. C. cla
maui in proſperis et aduerſis. ⁊ nō ſum
exauditus. ⁊ de vtroqꝫ nō eſt mihi ad in
ſip. ſed ad ſapiam̄ ſ. vt ſapiam q̄d clamā
dum ſit. et quō: ſ. nō verbis delictoꝝ. et
ex deſiderio tp̄alis vite. ſed verbis con-
uerſionis ad te. ꝓ vita eterna. Per hoc
ergo intelligo q̄d nō audit deus ad vo-
lūtatem ſed ad ſalutem. ſicut medicus n̄
agit ad voluntatē egri. ſed ad ſanitatem
ſequitur.

**Tu autem i ſācto habitas laus iſrahel. in te ſperauerunt pa-tres noſtri. ſperauerunt et libe raſti.**

Tu aūt in ſancto. ha. C. clamabo ad te.
et nocte. et die. nec exaudior. quare autē
hoc fiat: tui intelligūt. q꜡ tu autē. ha. in
ſcō. i. in ſanctificatis a te. et idō non au
dis verba delictoꝝ. ſed clamātes verbis
vite eterne. ſ. quos facis itelligere: quod
ad ſalutem ſanctos interdum nō audis
vt paulum. et ad damnatōnem. malos
aliquando audis. vt feciſti demonibus
ꝯcedens intrare porcos. vel tentare iob.
tu dico: qui es. laus iſrahel. i. videntis
te. non eius qui ſe uoluit abſcondere a ꝯ
ſpectu tuo ſacto ſequit̄. Jn te ſpa. ⁊c. Lo
quitur adhuc chriſtus ex perſona vete-
ris hoīs. C. d. me non audiſti. ſed prece
dentes patres audiſti et liberaſti. Qua-
re ergo non audis et me? vel nos? C. mi
rum eſt. et hoc eſt quod ait. Jn te ſpaue-
runt. patres noſtri. antiqui. ſ. iuſti ſpe-
rauerunt. C. ex ſpe eſt liberatio. et libe-
raſti eos. vt populum iſrael de egypto
et de camino. tres pueros. et danielem.
de lacu leonum. et ſuſannam de falſo cri
mine. et huiuſmodi. Quare ergo ſimili-
ter et nos non liberas? Sciant omēs ad
chriſtū venientes. hoc ideo fieri. q꜡ in tri
bulatōe chriſtian⁹ ꝓbat̄. ſi nō derelinq̄t
deū ſuū. Fornax eñ paleas in cinerē vtit̄
auro ſordes tollit. Jta illi in q̄bus habi
tat deus. in tribulatōe meliores fiūt tan
q̄ꝫ auꝝ ꝓbati. Nouit ergo q̄d agat: qui
nos fecit. Nouit et reficere nos bon⁹ ſtru
ctor: q̄ edificat domū. et ſi quid ceciderit
nouit reſartire. Sequitur:

**Ad te clamauerunt et ſalui fac ti ſunt. in te ſperauerunt et nō ſunt confuſi.**

Ad te etiā clama. Nō vtiqꝫ v̄bis delicto
rū. a q̄bus lōge ē ſalus. et ſal. f. ſ. ſtatim.
n̄ dico in futuro. et repetit in te ſpa. At
tēde q̄d magn⁹ decor ē locutōis. dū iterat
in te. ſpa. et n̄. ſ. ꝯfu. de premio. q꜡ n̄ in
ſe ſibi ſpes fuit. ſed in te:

**Ego autem ſum uermis et non homo. obprobrium hominū et abiectio plebis.**

Ego aūt ſū. v̄. huculqꝫ locut⁹ ē chriſt⁹ in
ꝑſona veteris hoīs hic iā ꝓp̄e chriſt⁹ in
ſua ꝑſona loquit̄. q. p̄res liberaſti. ⁊ n̄ ec
clāꝫ. q̄d miꝝ ē. et n̄ tm̄ hoc ē mi ꝝ. ſꝫ etiaꝫ
q̄d de me feciſti: me ei q̄ maior ſū oībus:
abiectōrē alijs feciſti. Excellentiā ſuā no-
tat: cū ait. Ego ſū v̄mis et n̄ hō. Abiectōꝫ
cū dicit. ob ꝓbriū. ho. et hoc ē. Ego aūt
ſū v̄. q꜡ ſi virili ſemie nat⁹ ſū ō v̄gie. vt
eſſem vltra hoīes in hoīe. vn̄ ſbdit. ⁊ nō
homo. tm̄: q꜡ etiaꝫ et deus ſum. Jdeo cū
dixiſſet ſum vermis. addit. et n̄ homo.
vt diſt incōeꝫ notaret. quia ē et homo v̄
meis. vt adam qui non de ſemine viri fu
it. et homo tantum. ſed chriſt us et ver-
mis. et non homo. quia erat verbū a p̄n
cipio et apud deum. Uel non homo. i.
peccator. ſed ſine peccato. et cuꝫ ſum tal̄
et tantus. ego qui maior ſum omnibus
cum eſſem in hac dignitate. etiam factus
ſum ob ꝓbriū. ho. in ſputis et colaphis
et ſpinis. et a biectō ple. dū ꝓ eo elegeſt
barraban. Ecce q̄nta patit̄ chriſtus. cum
p̄res fuerūt liberati. Jdeo vero ō ſe abie
cta dic̄. vt vl̄ ſic ſupbia hoīs deū hūilem
imitetur. vel in ꝑſona chriſti oīa ſupiora
poſſunt accipi. q̄ veram hūanitatis na-
turā expri mens ait. Deus deus meus.
hec ſunt verba que clamauit in cruce pē

dens. Hely. Hely. quare me dereliqui.
Hoc eſt quod ibi dixit. Lamazabathani
Quãdo vero hec dixit ĩ cruce: pſalmũ
iſtum de ſe ſcriptum indicauit. Longe a
ſalute. quaſi. ecce. quare: quia verba. i.
poſtulatio delictoꝝ m. i. mẽbrorum me-
orũ delicta: poſtulantia mortem meam
ſine qua non eſt ſalus: ſunt. longe a ſalu
te mea. corporali. i. ſũt cauſa quare pa-
tior: quia ſic. i. per paſſionem ſunt tollẽ
da delicta meorũ. Et nota: quia noſtra
delicta dicit ſua. ſua ea fecit: non ad ha-
bendum: ſed ad delendū: vt ſuam iuſti
ciam faceret noſtram. Ita longe ſunt:
quod clamabo ad te q2 tu es deus meus
per diem. quia nulle in eo tenebre erãt.
Et nocte. i. in tribulatione in qua clamã
tes ſolent exaudiri: ⁊ tamen non exaudi
m. quin ſinas crucifigi. Non enim audi
tus eſt chriſtus ad ſalutem corporalem.
Attende diligenẽ ꝙ dicit hic chriſtũ nõ
fuiſſe exauditũ. cui cõcordat illud qd̃ in
euãgelio ipſe chriſtꝰ dicit. Trãſeat a me
ſi fieri põt. ca. iſte. Verũtñ nõ fiat vo.
me. ſed tua. Ex his enĩ videẽ chriſtus pe
tiſſe: ⁊ voluiſſe qd̃ nõ obtinuit. Sꝫ his
cõtraria videtur: que in alio pſalmo di-
cunẽ. Deſideriũ cor eius tribu. ei. ⁊ vol.
la. e. nõ. frau. e. et alibi. Impleat. do. o.
pe. t. Sciendũ igitur iuxta duas natu-
ras diuerſas fuiſſe volũtates in chriſto
Aliud enim volebat voluntate diuini-
tatis: cui per omnia rationis affectus
concordabat. Aliud affectu ſenſualita-
tis. Voluntate nãqꝫ diuinitatis ⁊ rati-
onis volebat mori pro ſalute hominis
Affectu ſenſualitatis nolebat. vtrũqꝫ tñ
bonum erat: ſed alterũ melius ſcilicꝫ vt
moreretur. Ideoqꝫ illud affectui manci-
pauit: nec tamẽ dicendum eſt in chriſto
concupiſcere ſpiritum contra carnẽ: vł
carnem contra ſpiritū: ſiue contra deũ
quia voluntas dei erat: vt ſecundũ car-
nẽ illud vellet ac peteret: vt veritas hu-
manitatis in eo exprimereẽ. Hoc ergo
attendentes: dicimus chriſtum aliquid
voluiſſe: et petiſſe iuxta affectum carnis
quod nõ obtinuit: quia nec ſecundum
voluntatem diuinitatis: et rationis id
obtinere voluit. Quare ergo petijt vt ti
bi formam in tribulatione clamandi ad
dominum daret: et tuam diuine ſubij-
ciendi voluntatem. Quecũqꝫ enim ſm̃
diuinitatem: et rationem facere voluit
facta ſũt. Quia ergo hic ſecũdũ affectũ
ſenſualitatis ꝓ tẽporali ſalute clamauit
quam non obtiuuit. Bene ait. Clamabo
per diẽ et noctẽ: et nõ exaudi. et hoc nõ
erit ad inſip̄. m. Sed vt ſapienẽ meo ſan
guine genus humanū libereẽ. Nullus
enim fuit cõuenientior modus noſtre re
demptionis: vt homo qui per ſuperbiã
cecidit: per humilitatem reſurgat. Se-
quitur. Tu autẽ. Q. dico non exaudies:
ſed quãuis non audis: tamen Tu habi-
tas in me ſancto: q2 deus erat in chriſto
mundũ ſibi reconcilians. Tu dico laus
iſrael. i. qui laudas te videntem. In te
ſperauerunt. Quaſi dice. In me ſancto
habitas: et ita mirum: quia patres libe-
raſti antiquos: me autẽ nõ. ſed ſum ver
mis et obprobrium: et hoc eſt quod ait.
In te ſpera. dicit chriſtus: patres noſtri
qui minores fuerũt qꝫ ego: qui fuerunt
patres mei: ſm̃ carnem ſperauerũt et li-
beraſti eos. hoc nõ mutatur. Ad te cla.
et ſal. fa. ſ. in te ſper. et non ſunt cõfuſi.
Hoc ſicut prius intellige. Ego autẽ ſum
vermis ⁊ non homo. Q. illos liberaſti.
Ego autẽ ſum ver. et nõ homo. i. ita vi-
liẽ conculcatus: acſi eſſem vermis et nõ
homo. Vel ego ſum vermis: quia mor-
talis: et de carne ſine coitu et cõcupiſcẽ-
cia natus. vt vermis ð terra: et humilis
⁊ vilis ac ſilentio repens: et tamen non
ſum homo tantũ: quia etiã deus ⁊ ſum
obprobriũ homi. et abiectio ple. et hoc
non mutatur.

## Omnes uidentes me deriſerũt me locuti ſunt labiis ⁊ moue- runt caput.

Omnes mali ſcilicet videntes me. hu-
iuſmodi. deriſerunt me: et locuti labijs
non in mente tantum dicentes. Si fi-
lius dei eſt deſcendat de cruce: et credi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

mus ei: et mo. ca. irridentes. vel quaſi minantes nõ iudicio agentes. et hyronice dicentes.

**Sperauit in dñõ eripiat eum ſaluũ faciat eum qm̃ vult eum.**

Spera. in do. vt ait eripiat eũ de manibus nr̃is. vel ſi nõ eripit: ſal. fa. i. reſuſcitet eũ qm̃ vult eũ vt ait. Hec ẽ hyronia iudeoꝝ. Ecce quaſi hiſtorialis narratio non prophetia. ne qua ſit excuſatio. ne qua ambiguitas.

**Qm̃ tu es qui extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab uberibus matris mee: in te ꝓiectus ſum ex utero.**

Qm̃ tu es. Cauſa zop ꝓbrioꝝ hic oñdit. q. ideo hec dicunt. Qm̃ tu es qui extra. me de ven. i. qꝛ hõ factus ſũ tui opatione. Nã in verbũ quod ẽ deus in ṗncipio apud deũ talia nõ dicerent. verbũ eñ illud ꝑ quod facta ſunt oĩa nõ extractũ eſt de ventre. niſi qꝛ verbum caro factũ eſt. et tu es ſpes mea vel deus meus. alia lr̃a. et hoc ab vberibus mat. mee. i. ſꝫm humanitatẽ ſꝫm quã ſuxit vbera mr̃is. ab vberibꝰ ergo ẽ ſpes et deus meus. qꝛ añ ſecula es pater meus ſꝫm diuinitatẽ. et in te ꝓie. vel iactatus ſum ex vtero mr̃is. vt tu ſolus eſſes ſpes mihi. qui iã hõ. iã infirmus ſũ. Et.

**De vẽtre matris mee deus meus es tu: ne diſceſſeris a me.**

ro in flagellis.et quia miſericordia cir-
cundat.ergo O vos olim impij et ſu-
perbi.

**Letamini in domino et exultate iuſti:et gloriamini omnes recti corde.**

Letamini in domino.qui prius in vo-
bis letabamini.et exultate in domino.
quia iā iuſti eſtis nō meritis vr̄is ſꝫ grā
qui prius eratis peccatores. Diſtigue.
Letari eſt tacita ſuauitate gaudere. Exul

tare eſt: ꝯcitati animi feruoꝛe gaudere. ⁊
glo. de hoc: qꝺ eſtis ei ſbditi. et hoc faci
te etiam in tribulationibꝰ omnes vos
qui eſtis. recti. co. i. non reſiſtentes deo.
praui coꝛde ſunt. qui dñt deum vel non
eſſe. vel iniuſtum eſſe. vel nõ regere hec.
cum uident malos florere. et bonos pa-
ti. Recti coꝛde ſunt. qui dirigunt cor ſe-
cundum voluntatẽ dei. quam ſue pꝛepo
nunt. vt et chꝛiſtus docuit dicens. Non
ſicut ego volo. ſed ſicut tu vis. tranſfigu
rat i ſe ſuos. vt et ibi. Saule ſaule quid
me perſequeris.

## In finem pſalmus dauid.

IN finem pſalmus dauid. Titu
lus iſte patet. Hic ꝓpheta mi-
ſericoꝛdiã ⁊ potentiam dei cõ-
mendat et facta eius enumerat. agens d̃
operibus creatõnis et recreatõnis. vt ti
meatur potentia qua creat. ⁊ ametur mi
ſericoꝛdia qua recreat. ¶ Intentõe: ad
laudem inuitat oſtendens: qui et quẽ. et
quomodo. et quare laudare debeant.
Modus. tripertitus eſt pſalmus. Pri-
mo: iuſtos et rectos laudare monet. Se
cundo: beatum dicit illum. qui ad cultũ
dei peruenit ibi. Beata gens ⁊c. Tercio
quid de pꝛedictis ſentiat: ſubdit ibi. Aia
noſtra. Oſtendẽs ergo ꝓpheta. qui lau
dare debeant. iuſtos ad laudem monet:
dicens. O.

EXultate iuſti in domi
no: rectoſ decet collau
datio.

IUſti exultate. etiam in aduer-
ſis. non in vobis. nõ in ſeculo
quod ꝑit ſicut iniuſti faciunt.
quoꝝ exultatio finitur cum ſeculo. ſed i
dño in quo nihil diſplicet. eis. placꝫ au
tem deo. cui placet deus. quo permanen
te. ꝑmanebit iuſtoꝝ exultatio et quia ex
ultare in illo nõ poſſumꝰ niſi laudãdo:
inquit rec. de. col. Laudat qui rectus eſt
i. ſubditus deo. Aliter eſt diſtoꝛtus. cur
uus laudat deum: qñ ſibi bene eſt: blaſ-
phemat: qñ male. Rectus vero ſemper.
i. in ꝓſperis et in aduerſis vt iob. Re-
cti ergo ſunt qui dirigunt coꝛ ſuum ſm
voluntatem dei. que eſt regula. et pꝛepo
nũt voluntatẽ melioꝛis ſue voluntati. i.
volũtatẽ oipotẽtis volũtati infirmi. vo
luntatem dei. voluntati hominis. Quã
tum enim diſtat deus ab homine. tantũ
voluntas dei: a voluntate hominis. vñ
hominem gerens chꝛiſtus. et regulam
pꝛoponens nobis et docens. et preſtans
nobis viuere. oſtendit pꝛiuatam quan-
dam hominis voluntatem. in qua ſuã ⁊
noſtram figurauit. qui caput noſtrũ eſt
et ad eũ ſicut membꝛa ꝑtinemus. Pater
inquit ſi fieri poteſt. tranſ. a me. ca. iſte.
Hec humana voluntas erat ꝓpꝛium ali
quid. et tanq̃ꝫ ꝑ uatuꝫ volens. Sed quia
rectum vult hoĩem eſſe. et ad illum diri-
gi. qui ſemꝑ eſt rectus. ſubdit. nõ quod
ego volo. ſꝫ quod tu vis pater. acſi dice-
ret homini. vide te in me. quia potes vel
le aliquid ꝓꝑum. vt deus aliud velit. ꝯ
cedit̃ hoc humane fragilitati. aliquid ꝓ
pꝛium velle. ſed ſtatim cogita: quid ſit ſu
pra te. i. deus. illum ſupra te. te infra. il
lum creatoꝛem. te ceraturã cogita. illum
dominum. te ſeruũ. illum omnipotentẽ
te infirmum. ſubijcieſqꝫ tuam voluntatẽ
eius voluntati. eriſqꝫ rectus. ideoqꝫ ait.
rec. de. col. ñ dicit laudatio. ſed collau.
pꝛopter vnitatem eccleſie.

Confitemini domino in citha-
ra: et in pſalterio decem coꝛda
rum pſallite ei.

Confitemini. Dixit qui et quem laudare
debeant. hic dicit qualiter hoc modo. ſ.
laudandũ eſt. Confi. d. in ci. Cithara ab
inferioꝛi ſonat et ex terra eſt. vnde lauda
re debemus. i. terrena ꝓſperitas ⁊ aduer
ſitas que ab eo ſunt nobis. et ẽ. Confi. d.
in ci. i. laudate dominuꝫ. ſiue abundent
ꝓſpera. ſiue occurrãt aduerſa. ⁊. in pſal.
de ca. pſal. ei. vel. illi. Pſalteriuꝫ a ſupe
rioꝛi reddit ſonum. et eſt decacoꝛdum.
per quod ſignificatur doctrina celeſtis.
que deſurſum eſt. et ad celum te vocat.
que in. Decem. pꝛeceptis bꝛeuiter oſten-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſa eſt. et eſt pſal. illi in pſalt. de. cor. i. i.
laudate cū dum attenditis. que ſupiora
nobis dedit ſcʒ celeſtē doctrinā. vel p cy
tharā intelligiť caro que eſt inferior nā
homis. Per pſalteriū intelligiť chari-
tas: que ptineť in duobus mandatis di-
lectionis dei et pximi. ad que ptinent de
cē mandata legis. tria in pma tabula ad
deum. ſeptē in ſecunda ad pximū. et eſt.
Confitemi do. in cyt. i. exhibete corpa ve
ſtra hoſtiam viuā deo mortificando car
nē cū vicijs et ↄcupiſcentijs. et pſall. illi
in pſal. de. cor. i. i. ſeruiant membra vr̄a
charitati. vbi tria ⁊ ſeptē precepta com-
pleniť. in quibus tota lex pendet et pro-
phete. et quia non ſufficit niſi abundet
iuſticia vr̄a plus q̄ʒ ſcribarū et phariſe-
oꝝ. Subdit.

**Cantate ei canticum nouum: bene pſallite ei in uociferatōne**

Cantate ei. nō tm̄ lingua ſed vita. canti.
no. ſcʒ canticū gr̄e: canticū fidei: et cha-
ritatis. Canticū de incarnatione de qua
mundus exultat: de qua et angeli canta
uerūt. hoc eſt canticū nouū quod nou⁹
attulit hō. Nouus em̄ rex: noua lex. no-
ua ecce facta ſunt oīa. Hoc canticū non
cantant niſi homīes noui renouati per
grām ptinentes ad nouū teſtm̄. Cantate
ergo ei can. no. i. i. exuite vetuſtatē: et in
duite nouitateʒ: quia nō niſi ad nouos
ptinet nouū te. et bn̄ non male pſalli. ei.
bonis opibus. Si queris quomō: bene
ecce pſal. ei in vo. vel iubilatione. i. in le
titia ineffabili vt non poſſit vobis dici:
quod intelligiť. et de quo gaudeť. hoc
docet ineffabilē quē fari nō vales. et ta-
cere non debes. Nil ergo reſtat niſi vt iu
biles. i. vt gaudeas corde ſine verbis. et
immenſa latitudo gaudioꝝ metas non
habeat ſyllabarū.

**Quia rectum eſt uerbum dn̄i: et omnia opera eius in fide.**

Quia rectum eſt. Hic dicit cur ſit lau-
dandus ſupra modum laudis expoſuit
nunc cauſam. i. cur laudandus ſit deus
q. Ideo laudare debetis. Quia verbum
domini rectum eſt. i. promiſſio eius ve-
ra eſt in omnibus et nullum fallit. Un-
de et fidelis diciť deus: ſed aliter deus:
aliter homo fidelis diciť. fidelis em̄ eſt
deus dans homini quod promiſit. fide-
lis eſt homo credens promittenti deo:
ex promiſſo vero: non ex commiſſo. De-
us eſt nobis debitor: homo ex commiſſo
quia nihil ei commendauimus vt debi-
torem teneamus. cum ab illo habeamus
omnia quibus gaudemus. Teneamus
ergo fideliſſimum debitorem. quia tene-
mus fideliſſimū promiſſorē. Sequiť. Et
omnia opera eius in fide ſunt. i. fidelia.
Nihil em̄ promittit et nō reddit. quia.

**Diligit miſericordiam et iudicium: miſericordia domini plena eſt terra.**

Diligit miſericordiam.
que eſt in promittendo. et iudicium: qđ
eſt in reddendo. Uel per verbum intel-
ligitur lex dei. ſcʒ lex euangelij. q. Ideo
laudate. Quia eſt rectum verbum do-
mini. i. recta eſt lex dei. vel rectus eſt ſer
mo domini. ſcilicet ad faciendos vos
rectos. quod per vos fieri non pote-
ſtis. Rectus eſt ergo in ſe. et rectus effe-
ctu. et omnia opera eius ſunt in fide. qꝛ
non niſi infidelibus operať ad ſalutem.
Unde in euangelio diciť. Fides tua te
ſaluū fecit. vel ita. Uerbum do. rectū eſt
hoc non mutať. ⁊ om. opera eius. ſubau
di ſunt recta. Hic diſtingueť. i. quecun-
qʒ precepit operari: ſunt recta in ſe. qđ
patet poſitis in fide. vel omnia opera e.
ſunt in fide. i. omnia opera que diligit
et eternaliter remunerat ex fide proce-
dunt: que fides quia ex deo eſt et omnia
opera bona ſunt a deo. Hoc ideo dicit
ne quis putet ſe meritis opm ad fidem
veniſſe: cū in fide ſint omnia opera que
deus diligit. i. remunerat. Ideo quoqʒ
laudate: quia non modo predicta facit.
ſed etiā diligit: quia ſepe facit miſericor
diam que eſt hic. i. ex dilectōne noſtri fe
cit miſericordiam. quā nunc prerogat in
via: vocando et iuſtificando. et iudiciū
quod erit in futuro. quo exiget prero-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gata.qꝛ ⁊ ibi bonis et malis ſm merita
retribuet cuȝ vſura.exigẽs talẽta nobis
credita.ꝭ Uide qꝛ dñs dili.mi.et iudi.⁊
tu quoqȝ vtrũqȝ ſeruare debes.qꝛ vtrũ-
qȝ ad te ptinet.Alioquin non argueret
phariſeos dñs dicẽs.reliquitis grauio
ra legis.ſ.miam ⁊ iudiciũ.ꝭ Caue ergo
ne amiſſo iudicio.ſis pauperi in mala cã
miſericors.Quia ait tibi deus tu⁹.Nõ
accipias pſonam paupis in iudicio.vt
malã cauſã eius foueas.⁊ iniquitatẽ ei⁹
cõtegas.cuius ſi parcis ſaccello:pcutis
cor.ꝭ qꝛ remanet iiquus.⁊ iõ:fit nequi-
or.qꝛ iuſtũ ſibi fauere vidit.ſequiť:miſe-
ricordia do.Q.ve miam diligit.qꝛ:mi-
ſericordia do.ple.ẽ ter.vbiqȝ eni dimit
tunť peccata hoibus.vbiqȝ euangeliuȝ
predicať.iõ ait.mia do.ple.ẽ ter.ꝭ ťraȝ
dicit.nõ celi.qꝛ celi nõ indigẽt mia vbi
nulla ẽ miſeria.ꝭ In ťra hoīs abundat
miſeria ⁊ ſupabundat dñi mia.Miſeria
ergo hoīs.et miſeria dñi plena ẽ ťra.nõ
celi.qꝛ nõ indigẽt mia.indigẽt tñ regẽte
dño.Oia eni indigẽt dño.⁊ miſera ⁊ fe-
licia.qꝛ ſine illo:miſer nõ ſbleuať.felix
nõ regiť.Ergo:et celi indigẽt dño.ꝭ nõ
eni ppã firmitatẽ ſibi ipſi preſtiterũt.Se
quitur.

**Uerbo domini celi firmati ſunt:⁊ ſpu oris eius omnis uirtus eoruȝ.**

Firmati ſũt celi.ñ a ſe.ſȝ vbo do.i.filio
patris.et ſpũ.o.e.i.ſpũ ſancto.qui pce
dit a filio qui ẽ os patris.ẽ ſolidata.vt⁹
eoꝝ.et oīs vtus.ꝭ nõ ps tm.qꝛ nihil ad
ſe habuerũt.qſi a deo fieret ſupplemẽtũ
ꝭ.Nõ vnũ eſſe opus vbi.i.filij.⁊ ſpirit⁹
ſãcti.idẽ ẽ eni oīs vtus eoꝝ.⁊ qd firma-
ti ſũt.Hoc ergo facit filius et ſpũſſãctus
Sȝ nũquid ſine pře:Immo vo pať p v-
bũ ſuũ.et p ſpiritũſãctũ opať.ꝭtrinitas
ergo hec:vn⁹ de⁹ eſt.Sequitur.

**Congregãs ſicut in utre aquas maris:ponens theſauris abyſſos.**

Cõgregãs.Adhuc exequiť de opib⁹ nali
bus ad potẽtiã ptinẽtib⁹ dicẽs.⁊ ipſe ẽ.
Cõgregãſ aqs mãis ſicut i vtre.ꝭAd lťaȝ
litoribus mare claudit.et ẽ.po.in the.
abyſ.ſm illud.Qui pducit vẽtos d the
ſauris ſuis.Ergo:

**Timeat dominum omnis terra:ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbẽ**

Timeat do.o.ter.i.peccator vt deſinat
peccare.ſi nõ amore.vľtimore.Uľ My-
ſtice poſſũt accipi.ťra.celi.⁊c.Q.ve mi
ſericordiã diligit.qꝛ ťra.i.eccleſia vbiqȝ
ťraꝝ plena ẽ mia do.ꝭ qꝛ vbiqȝ eccleſie e-
uãgeliũ predicať.remiſſio peccatoꝝ pre
ſtať:ſalus vbiqȝ ãnunciať.Sȝ qũo hec:
ꝭ.Quia celi.i.apľi qui nos ɔpluũt doc-
trinis.vt ſeges eccleſie p totũ mũdũ pul
lulet.vbo do.i.ſapia dei pris.fir.ſũt.i.
plene iſtructi ſũt cũ eo.etiã corpalit cõ-
uerſãdo.qui ẽ vbũ pris.qui iteriori in-
ſpiratiõe.⁊ exteriori predicatiõe eos do
cuit.⁊ p⁹ vtus coꝝ.i.quã habebãt.ẽ ro
borata.ſpũ oris eius.i.ſpũ filij.a quo ⁊
data erat.et nõ ps.ſȝ oīs.qꝛ et doctrina
eoꝝ et miracula a ſpũ ſãcto data ſunt.et
ɔfirmata.ꝭ A quo.a deo:ɔfirmati ſt:vt
cũ fiducia inť lupos irẽt.⁊ cũ eſſẽt inť e-
os vincereť.Uñ tãtã vtutẽ acceperũt.ni
ſi ab eo qui miſit.Ecce iquit.mitto vos
ſicut oues i mediũ lupoꝝ.ꝭ Uide quos
mittit.et quo mittit.Oues vtiqȝ mittit.
et i mediũ lupoꝝ eas mittit.Un⁹ lup⁹ ſi
mittať i mediũ inumerabiliũ ouiũ.que
ei reſiſtet:Quid non turbat:Oẽs deuo
rat.niſi forte qd cito ſatiatur.Miſit vo
chriſtus infirmos inť ſeuos.qui eos te-
nuerũt et tradiderũt ptãtibus atqȝ pre
ſuras intulerunt.ſed virtute non ſua.ſȝ
ſpiritus in eis loquentis.non defecerũt
ſed oues lupos vicerunt.⁊ mundũ lu
pis plenum:ouibus impleuerunt.Se-
uiebat tunc mare perſequentium in gen
tibus fluctibus.ſitiebat celum dei.ꝭMo
do vo p paſſionẽ illoꝝ.qui aciẽ rupeſt.
glificatũ eſt nomẽ xpi:⁊ eleuatũ ſup ca-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

pita turgentiũ gurgitũ. Unde: ſalſa ma-
ris aqua que remanſit in chriſtianis: mo
do ſeuire non audet. occultũ vero mur-
mur rugit in eis. et intra mortalē pellez
fremit ꝯcluſa ſalſugo. vnde ſubdit. Con-
gregans ⁊c. Quaſi virtus apl'oꝝ firma
ta eſt ſpiritu dei. et ea firmata: poſtea eti
am dñs eſt. Congregans aq. ma. ſicut in
vtre. Quia ſi poſtea amaritudo tecta ē
in pelle. mortalis pellis ꝯtegit amarā co
gitationē. Modo eñ mali timentes pel-
li ſue: intus tenent mala: que non audēt
emittere. de quibus profert deus. vnde
vos emendet. qui ſecreta hoīm nouit cor
da. vnde ſubdit. et ipſe eſt ponens abyſ.
.i. valde malos in the. ſuis. Quia tri-
buit eis ad tempus poteſtatem: qua ea
faciant et dicant. quibus boni erudianť
et quia adhuc eſt aqua in vtre: licet ꝯclu
ſa. ergo. Timeat dñm om. ter. Non ſit
ſecura et torpens letitia: etſi gaudet de
miſericordia qua: plena ē terra. timeat:
ne ſit ſuꝑba letitia. ideo: quia aqua ē in
vtre in theſauris abyſſi. Uel ita. Congre
gans. Q. firmauit celos. i. apoſtolos. et
ꝑ celos firmatos. eſt ꝯgregans a. ma. ſic
in vtre. i. ꝯgregat. et ꝯſolidat fluctuan
tes populos: i vnitate fidei: ſpei: ⁊ chari
tatis. i. in eccleſia: in qua eſt caro mortua
et etiā abyſſos. i. profundos tenebris vi
cioꝝ eſt ponens in theſau. i. ponit inter
eos qui ſunt theſaurus. De quibus ali-
os ditat ſapia. Talis fuit Paulus qui d
abyſſo factus eſt theſaurus. i. de ꝑſecu-
tore apoſtolus. de criſtallo buccella. et
ideo. Time. do. om. ter. i. eccleſia de ma
ri. i. de fluctuanti populo facta. Uel in
the. ſapie et ſcie ſue. i. in ſcꝑturis eius ſa
piam ꝯtinentibus po. aby. i. profundas
altitudines. vt ꝓbet quis ſtudio pietatl
ſcꝑturas inquirat. Uel ita. Congre. q. ce
li. i. apoſtoli firmati ſũt verbo dñi. et ñ
mō eſt ipſe potens ſuꝑ hos quos diligit
et firmat. ſed ē etiā: ꝯgre. a. ma. ſi. in vtre
.i. maifeſtos ꝑſecu. eccle. hñt ſic in vtre
q: nil niſi ꝑmiſſi faciũt. et po. eos ſibi in
the. vt ex eis donet milites ſuos dũ ſinit
eos flagellare filios quos recipit ergo ñ
eos. ſed do. ti. om. ter. et differt hec ſnīa
a ſecũda: quia ibi ꝑ aquas maris agit de
chriſtianis malis et hereticis. Hic vero
manifeſtis ꝑſecutoribus vt ſunt iudei et
gentes. vel ita. ipſe ē ꝯgre. a. ma. ſi. in v.
.i. ꝯgregat populos ſeculi in ꝯfeſſione
mortificati peccati ne libere diffluant. ⁊
eſt po. in the. aby. q: eis occulta ſua ſer-
uat ad diuitias. que nec oculus vidit:
nec auris audiuit. ergo ti. do. nō aliud
om. ter. i. omnis hō. Dico timeat. imo
cōmo. q. manu miſericordie dei: et diciť
hoc a ſimili dormientis: qui ꝯmoueť vt
vigilet: ita et gr̄a dei mouet: vt vigilent
timori admiſcendo amorē. Qui: omnes
ꝑfecte inha. orbē ſcz vniuerſalē eccleſiā
.i. oīes in ꝑfectōne ceteroꝝ fideliũ ſtan
tes cōmo. dico non ab alio: ſed ab eo tm̄
hoc ideo dicit: q: et a diabolo aliꝗ cō-
moueť: ſed qd a deo vtiliter ꝯmoueť hoc
a diabolo inutiliter. ab eo ergo ꝯmoue-
anť. non terroribus hoīm vel cuiuſcꝫ
creature ſcz leonis: ſerpentis: diaboli: et
huiuſmodi. Si hic ſeuiũt deũ time non
iſta: quia ſub eo ſunt omnia. Quid aũt
de omnibus his timendũ eſt: nihil. Qm̄
ipſe dixit ⁊c. Ideo nihil poſſunt: niſi
quod permittit cupiditatem nocendi ꝑ
te habes: poteſtatem autē nocendi ſi il-
le non dat: non habes: quia non eſt po-
teſtas niſi a deo. ſed eſt mala cupiditas
que non eſt a deo: ſed illa nihil nocet ſi
ille non permittit: a quo eſt omnis po-
teſtas. ideo deus homo: ſtans añ homi-
nē ait. Non haberes in me poteſtatem:
niſi datum tibi eſſet deſuper. Homo eñ
tantam nō habet poteſtatem. niſi cũ ac-
ceperit deſuꝑ nec etiā ipſe diabolus vel
vnam ouiculam potuit tollere ſancto
viro Job: niſi prius diceret. Mitte ma-
num tuam. hoc eſt da poteſtatez. Ideo
eruditus ipſe Job non ait. Dominus de
dit: et diabolus abſtulit. ſed dominus
dedit: et dominus abſtulit. Ab eo ergo
Commoueantur omnes. ideo ab eo. q:
non ea que timeant alius fecit: ſed ipſe
ſolus creauit.

Quoniam ipſe dixit et facta

**ſunt: ipſe mandauit ⁊ creata ſūt.**

Quoniā ipſe dixitⁱ .i. voluit et facta ſūt
.i. formata de īformi matia. ipſe man. i.
vbo ſuo precepit. ⁊ creata ſūt ⁱ ī forma ꝺ
nihilo. et nōt in his vbis creationē rez
⁊ formationē. Uel nōt creationez et for/
mationē ſimul et recreationē. creationē
et formationē pmo: cum ait. ipſe dixit ⁊
facta ſūt. i. creata. et formata. deinde: re/
creationē cū ait. ipſe mandauit.ᶜ legē. ſ.
p. pphetas. et creata ſūt. i. creati ſūt fide
les p eam in bonis operibus.

**Dominus diſſipat conſilia gē ti reprobat autem cogitatiōes populorum: ⁊ reprobat con/ ſilia principum.**

Dominus diſſipat. Quaſi non tantum
malos quando vult nocere permittit
ſed etiam malos quando vult ceſſare fa
cit. et hoc eſt qꝺ ait. Dominus diſſi. ne
habeāt effectū. ꝯſilia. ꝯtra ſe facta ⁊ ꝯtra
ſuos. ꝯſilia dico gen. ſ. iudeoꝝ. qui non
eius. ſꝫ ſuū querūt regnū. et nō ſolū diſ
ſipat. ſꝫ etiā rep. cogi. po. i. iudeoꝝ po-
puloꝝ. q̇ cogitāt ꝺ ṫrenis. ⁱetſi enī mlṫa
machinarēṫ iudei. vt tollerēṫ nomē chri
ſtianū de ṫra; tn̄ creuit eccleſia.ᶜ Uel di-
ſtingue inṫ gētes et populos. vt p gētes
ītelligas gētilē populū. p populum: iu
daicū, ⁊ ē. Diſſipat ꝯſi. gē.ᶜ. i. gētilis po
puli. dū idolatriaꝫ deſtruxit. rep. āt co.
po.ᶜ. i. iudeoꝝ. quoruꝫ ꝗſi ſit ꝯpleta vo
lūtas occidēdo chriſtū. tn̄ ī reſurrectiōe
ē rep̄bata. ſeq̇ṫ: ⁊ rep̄bat ꝯſilia etiā pnci
pūⁱ. i. tyrannoꝝ huiꝰ ſeculi.ᶜ vel demo-
nū. qui talibꝰ populis querunt domi-
nari.

**Conſilium autem domini ma/ net in eternuꝫ: cogitatiōes cor dis eius in generatione ⁊ gene rationem.**

Conſilium autem domini. Quaſi illo
rum conſilia reprobat, ſed. Conſilium
do. quo beatum non facit. niſi ſubdi/
tū ſibi. manet in eṫnū.ᵃ qꝛ nullo diſſolui
tur tp̄e. et cogi. cordis eius. i. cogitatio
nes ſapiē eius: ſūt ī gene. et gene. i. nō ſe
mutabiles. ſꝫ eṫne. Uel ꝯſiliū ꝺ.ᶜ. i. icar/
natiōis archanū ī quo ꝯſuluit hoi. ma/
net ī et er. qꝛ ad eternā ſalutē obtinēdam
nobis ⁊valet. et cogitationes cordis eius
ſūt ī generatiōe et gene.ᶜ. i. predeſtiatio
eiꝰ immutabilis eſt: in qua omnia repo/
ſita ſunt. que ⁊ ſic permanēt vt preuiſa
ſunt:

**Beata gens cuius eſt dominꝰ deus eius: populus quem ele/ git in hereditatem ſibi.**

Beata gēs.ᶜ Scꝺa ps ī q̄ dicit beatū illū
qui ad cultū dei pueniṫ. qꝺ maxīe fit tpi
bus chriſtianis. ī quibus gētes ꝯuerſe ſt
Hi ſūt iuſti ⁊ recti. quos decet laudatio
Q. Conſiliū dn̄i ī eternū manet. ⁊ hoc ē
ꝯſiliū dei. Qꝺ Beata gēs ⁊c̄. i. qꝺ ſolum
illū beatificat. qui ei obedit. Uel ita ꝯti-
nua.ᶜ ⁊ qꝛ ꝯſiliū dn̄i ē ī eternū. ergo hec
ſola gēs de oibus gētibus ē beata cuius
dn̄s ē deus eiusⁱ. i. que ſibi dominū nō
elegit. niſi deū ſuū. de quo viuit. quē co
lit. ⁊ ita deus ē eius poſſeſſio. ⁊ heredi-
ditas. neqꝫ hoc ē a ſe. ſꝫ a deo ē electa. vt
⁊ ipſa ſit dei hereditas. ⁊ ide: beata. Un̄
ſbdit. ⁊ beatꝰ ē populus quē elegit dn̄s
ſibi ī hereditatē. ⁱqꝛ colit vt poſſidendo
eam: non ſinat eſſe incultam et miſeram
Ecce gens poſſidet deum. et eadem poſſi
detur ab eo. et ita deus eſt poſſeſſor et
poſſeſſio. Poſſeſſio: quia ex eo viuimus
tanquam de pane noſtro. Poſſeſſor: qꝛ
excolit nos vt terram ſuam. et praua ex
tyrpat. et in vtroque non deus ſed ho-
mo proficit. ⁱBeata eſt enim gens ꝺ deo
poſſeſſione. beatus eſt populus. de deo
poſſeſſore. quia non eſt homo beatus.
niſi per illud quod eo melius eſt. quo ſe
ipſo homo melior fit. Si ergo melior
te vis eſſe. quere quod te melius eſt. et in
de efficieris melior te. ⁊ btūs. Illꝺ āt n̄
queras extra te: qꝛ in te ipſo eſt qꝺ que

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ris. Si beatus eſſe cupis: nō illud queras in corpe tuo: ſed in ipſo animo tuo quere quid ſit melius. quia beatitudo omnis in animo tuo eſt. quia animus naturaliter eſt capax beatitudinis: valens ea frui. et per illuminationē gratie que ſit vera beatitudo intelligit. eamqꝫ merer. p cuius illuminationē merer etiam corpus ei ſubiectū: incorruptionē. vt fiat interioris repatio. i. corpis. p meliorē. i. p animū. Fit eñ corpus melius et glorioſū per animū. qui eſt melior corpore. ⁊ nunqꝫ eſt hō beatus p id quod ē eo īferius: ergo p nihil terrenū nec celū nec etiā per equale vt p angelos: quibus equabit humana natura cū fuerit incorruptibilis facta: ſed p id quod melius ē animo: quod ſupra ipſū eſt: hoc eſt deus qui eū fecit. et ipſe eſt beatitudo. ipſū viſurus. ipſū habiturus es. Erige ergo te ad illū quē cū volueris habebis: qui ad te venit reformator animi tui. qui ante erat eius formator. nec fit animus p corpus melior. ſed p iuſtū animū fiet corpꝰ immortale. Juſtus vero eſt animus ex deo cuius imago eſt in eo. p quē eſt ſimilis angelis. Deus ergo hominis ſummū bonū eſt. Sequit.

**De celo proſpexit: dn̄s uidit omnes filios hominum.**

De celo. oſtendit quomodo elegit deus populum in hereditatem. ita ſcꝫ ꝙ de celo. i. de chriſto homine do. proſpexit in aduentu filij et vidit miſericorditer. nō peccata. a quibus auertit faciē. ſed omnes filios hominū. i. omnes qui in nouā vitā volunt renaſci ptinentes ad filium hominis. Et.

**De preparato habitaculo ſuo reſpexit ſup oēs qui hitāt terrā**

De prepato ha. ſuo. i. de habitaculo ſuſceptionis humane quod ſibi deus preparauit: qꝛ nō niſi prepante patre factū ē. Uel prepato. i. preuiſo ad ſalutē mūdi. reſpexit deus. i. miſericordit vidit ſup om. vt preſit illis ad regendū eos qui ha ter. i. p oēs traſvl q ha. ter. i. carnē exco lendo eam. Reſpe. et vere. Quia ipſe eſt

**Qui finxit ſingulatim corda eorū: qui intelliget oia opa eorū.**

Qui finxit. i. manu gr̄e formauit ſingu. cor. eo. ſingul ſingula queoā dona dās. qꝛ cordibus ſingulorꝫ propria dona tribuit. Uñ tñ vnitas corpis. i. eccleſie fiat. et ipſe eſt qui intelliget om. opa eorꝫ. i. ſcit quomodo quiſqꝫ vtar eis donis. Uel p celū et habitaculū poſſunt intelligi ſancti et angeli. et hoc eſt. De celo. i. d anima iuſta et mente angelica reſpe. do. miſericorditer. et vidit om. fi. ho. hoc n̄ mutar. de prepato ha. ſuo. Habitaculū dei ſunt angeli. et omnes quos mittit ad predicandū. et precipue apoſtoli: doctrina ⁊ gr̄a ſpirituſſancti prepati: aduocationē aliorꝫ. qua miſertus eſt omniū. et hoc eſt. De prepato habitac. ſuo. i. de angelis ⁊ hominibus quos mittit. reſp. ſup om. qui ha. ter. i. miſertus eſt omniū terrā carnis excolentiū quos p eos vocauit ad vitā: et nō ſolū p eos vocauit ſed etiā ipſe eſt. Qui finxit ſingu. corda eo. i. qui inſpirauit eis omnē bonam voluntatē. et ipſe eſt qui intelligit. i. ſecretius et interius videt om. opa eorꝫ. quo fine fiant quia apud illū intellectus ſunt opera eorꝫ. i. ita noſcit intentiones eorꝫ operuꝫ: ſicut opera ipſa. Uel ad litteram. Finxit corda. i. creauit animas. ſingula. i. ſingulas. p ſe ex nihilo. non ex Adam vt quidam dicunt putantes animam eſſe ex anima. et ipſe eſt qui intelligit omnia ope. eo. i. ſimul omnes animas cognoſcit. ⁊ omnes actus earꝫ.

**Non ſaluatur rex per multam uirtutem: et gygas non ſaluabit in multitudie uirtutis ſue.**

Non ſaluatur Rex. Dixit ſpiritualia eſſe a deo. hic ſubdit: ꝙ etiam corpalia a deo ſunt. ſcꝫ corpalis ſalus. et alia que ptinent in his tribus. ſcꝫ in potentia: in fortitudine corporis: ⁊ in diuitijs. que tria nōt p tria verba que poit. ſcꝫ rex: gygas equꝰ. q. nō mō deꝰ ſpūalia dat. ſ. etiā exteriorē ſalutē. nēo ei aliꝙ hꝫ niſi ab eo qꝛ po

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tens vt Rex nõ ſal. corꝑali ſalute: ꝑ mlt
tã. vir. i. potentiã ſuã. et gygas. i. ſupbꝰ
aliquis extollens ſe ꝯtra deũ. ⁊ fortis vi
ribus corꝑis vt gygas nõ ſal. i multitu
dine virtutis ſue. nec etiam diues ſal-
uabitur in diuitijs qḋ in equo notatur
Unde ſbdit.

## Fallax equus ad ſalutem: in a bundantia autez uirtutis ſue non ſaluabitur.

Fallax equus ad ſaluté. Equus ẽ aial.
in cuiꝰ velocitate. ⁊ ṽtute ꝯfũdiť. ꝑ quã
figurate quelibz ãplitudo ſeculi accipiť
vñ ſupbiť. Sz quãto in ea altiꝰ erigeris
tãto grauiꝰ cadis. Jõqz cõgrue equus
hũana felicitas diciť. que hoĩes vehit. ⁊
dũ nimis ꝑꝑerat. cadit vt equꝰ. ⁊ ſeſſoré
ꝑdit. Lege lr̃az et ab inferiori aſſume ãt
ita. Q. nõ mõ in potẽtia. vel virībꝰ nõ ẽ
ſalus. ſz etiã Equus ẽ fallax ad ſalutez. i.
ſupba potẽtia mũdane felicitatiſ fallit ⁊
mẽtiť hoĩ de ſalute exťiori. nã iſeſſor eiꝰ
nõ ſal. in mul. ṽtu. ſ. i. iſeſſor eius nõ ſal
uať ꝑ eã. Uel equus ẽ corpꝰ hoĩs. qḋ
q̃ntocunqz ſit ſpecioſũ. ⁊ bñformatũ: tñ
fallax ẽ ad ſaluté. ſpũalé. vel corꝑalem
Uel ita. nõ ſaluať. Agit ď ſpũalibꝰ ſicut
eñi ſupra dixit quõ fiant iuſti. ſ. a deo ꝑ
grãm ita: ⁊ hic dicit. ꝙ poſtq̃z facti ſunt
ab eodẽ adiuuanť. vt in bonũ cõſeruẽť
Q. ſic fiũt iuſti. ſz nec facti ſua ṽtute ſal-
uanť. Quia. Nõ ſal. rex. ⁊c̃. Uel ita ꝯti-
nua. q̃ñqz bona volũtas. ⁊ oĩa bona ſũt
a deo. ergo quicũqz rex. ſ. qui carnẽ ſuaz
regit mortificãs vicia. et ꝯcupiſcentias
ſuas. nõ ſal. ꝑ mul. ṽtu. ſ. i. ſi i ṽtute ſua
preſumit imputãs ſibi et nõ deo. qꝛ nõ
ꝯſequeť premiũ ex ſua ṽtute. ⁊ gygas. ſ.
quiſquis militat ꝯtra diabolũ. vel ꝯtra
ꝯcupiſcẽtiã ſuã. nõ ſal. in mul. vir. ſ. i. ſi
fortitudini ſue tribuit. et nõ deo. fallax
Q. nõ ſaluabiť ṽtute ſua. ſz potiꝰ ſi aſcẽ
dit i equũ. i. in ſupbã opiniõez. q̃i ſua ṽ
tute ſalueť: falliť. qꝛ Equꝰ. i. ſupba opi-
nio ẽ fallax ad ſal. Falliť eniz quiſquis
qui ꝑ ſe. vel ꝑ hoĩez putať ſaluari. qꝛ nõ
ſaluabiť. etiã ſi ſit. ñ dico i ꝑte. ſz i abũ.
dã. ſ. ita: vt eam ſibi tribuat. vnde ergo
ſaluiz

## Ecce oculi domini ſuper me tuentes eum: ⁊ in eis qui ſperãt ſuper miſericordiam eius.

Ecce oculi dñi. Uel ita iũge. in ſua ṽtute
nlľuſ ſaluať. ſz Ecce vñ ẽ ſaluſ oculi. dñi
. i. dilectio dei. ſ. reſpectus deitatis que
ꝓtegit ſũt. ſup me. e. nõ ſupbe de ſe pre-
ſumẽtes. et in eis qui ſperãt ſup miaz eiꝰ
nõ viribus ſuis vel meritis. ſz in mia eiꝰ
. Nõ qḋ timere deũ et ſpare ſp ꝯiuncta
ſũt. Ad hoc ãt ſũt oculi dñi ſup timẽtes
et ſperantes.

## Et eruat a morte animas eorũ ⁊ alat eos in fame.

Et tandem eruat animas eorum a mor-
te. dans eis vitam eternam. et hic inte-
rim alat eos verbo et eterna ṽitate. qui
ſunt in fame iuſticie. id eſt qui eſuriunt
et ſitiunt iuſticiam. hec ſunt duo vota fi
delis. que hic notantur ſcilicet vt in iu-
dicio eripiatur a morte eterna. ⁊ hic ſpi
ritualibus alatur vbi eſt indigentia bo-
norum. vel de preſenti totum accipitur
Ut eruat a morte hic animas eorum. et
ſi ñ corpora. et alat eos in fame. hoc nõ
mutatur.

## Anima noſtra ſuſtinet domi num: qm̃ adiutor ⁊ protector noſter eſt.

Anima noſtra. Tercia pars vbi oſten-
dit quid de predictis ſentiat. et eſt hic. q̃
ſi concluſio predictorum. Quaſi modo
alit nos in fame. vt autem poſt: perfecte
ſaginetur. anima noſtra: eſcis incorrup
tibilibus. ſuſtinet dominum. Uel ita cõ
tinua. eruat a morte. Hoc expectans. A
nima noſtra ſuſtinet dominum. Uel ita
continua. dico eruat animam. naz ideo
Anima noſtra. modo interim ſuſtinet
dominum. id eſt patiens eſt et potens ſu
ſtinere. quoniam ipſe adiutor noſter eſt
dum conamur ad deuz. et protector. dũ
hoſti reſiſtimus.

## Quia in eo letabit᷑ coꝛ noſtrũ ⁊ in nomine ſancto eius ſperauimus.

Quia in eo. Q. Ideo ſuſtinendũ. Quia
coꝛ no. leta. tũc plene in eo. non in nob̄
vbi eſt inopia. et ſpera. nũc nos ventu-
ros ad deũ in futuro. non meritis nr̄is.
ſed in no. ſan. ei. i. quia nob̄ abſentibus
ꝑ fidem. miſit nomen ſuũ. i. filiũ. Dein-
de ſubdit oꝛationem.

## Fiat miſericoꝛdia tua dñe ſuꝑ nos: quemadmodum ſperauimus in te.

Fiat miſeri. Q. et ſicut ſperauimus: fiat
mi. tua do. ſu. nos. i. ꝑ miſericoꝛdiã tu-
am impleat᷑ in nobis. ſcʒ vt in futuro le-
temur in te. Quo merito? Ecce. quẽad-
modũ ſpe. in te. Spes eñ non ꝯfundit.
Uel ita. Quia in eo. Quia dixerat nos
ſuſtinere: ne quis muſſitet de patientia:
ſubijcit munus. ſcʒ ꝙ letat᷑ hic in dño.
Q. ideo ſuſtinendũ. Quia coꝛ no. dũ ſu
ſtinemus leta. in eo. nõ in nobis vbi ma
gna eſt inopia ſine illo. ⁊ ſperauimus in
no. ſan. eius ſcʒ in noīe chꝛiſti. quẽ pati
enter ꝓpheta letus venturũ ſuſtinuit
ꝑ hoc aũt quod dicit ſperauimus notat
ꝯtinuũ tempus ſpei qua antiqui iuſti ad
uentũ chꝛiſti deſiderauerũt. donec veit
quia non eſt fas deſinere a ſpe. donec im
pleat᷑. Sequit᷑. Fiat. q. ſicut ſperauimꝰ.
ita fiat mi. tua do. ſuꝑ nos. Incarnatio
nẽ chꝛiſti compleri deſiderat ꝓpheta.
vt pfectus poſſit eſſe. Quo merito? quẽ
admodũ. Quaſi ita fiat. et ꝑ hoc fiat.
quia ſpera. non in alio. ſed in te. Hoc
ideo dicit vt omnis ſuꝑſticio et praui-
tas excludat᷑.

## Pſalmus Dauid cũ mutauit vultum ſuum coꝛã Abymelec: et dimiſit eum et abijt.

Pſalmus Dauid cum mutauit
vultũ ſuũ coꝛam Abymelec. et
dimiſit eum et abijt. Titulus
iſte attentos facit et pulſantes deſiderat
et eſt tractus de hyſtoꝛia libꝛi Regũ vbi
ſcriptũ eſt. Q: cũ fugeret Dauid Saul ꝑ
ſecutoꝛẽ ſuũ. ꝯtulit ſe ad Achys regem
Geth. i. cuiuſdã gentis vicine regno iu-
deoꝝ. ibi latebat. vt pſecutionẽ Saulis
euitaret. Suggeſtũ eſt aũt illi regi: ꝙ il
lũ apud ſe haberet: qui magnã receꝑat
gloꝛiã in populo iudeoꝝ: et dictũ eſt illi
Iſte eſt Dauid cui choꝝ fecerunt mulie-
res Iſraelite dicentes. Saul ꝑcuſſit mil-
le. et Dauid decẽ milia. Quibus auditis
Dauid ſenſit inuidiã. et timuit regẽ. cũ
eñ ꝓpter hanc gloꝛiã inuidere cepit il
li Saul: valde metuendũ erat Dauid ne
et ille rex ad quẽ ꝯfugerat vellet oppꝛi-
mere eũ quẽ poſſet de vicino hoſtẽ ha-
bere ſi saluũ ſeruaret. Ad quẽ etiã Saul
nuncios miſerat: quibus achis traderet
Dauid vt ad ſe ducerent eũ quẽ volebat
occidere. ſed miſericoꝛdia dei ꝓuiden
te et viã euadendi monſtrante: ꝑ figura-
tionẽ furoꝛis euaſit. Mutauit eñ vultũ
ſuũ coꝛã ipſis. et affectabat et tympaniza
bat ad hoſtia ciuitatis. et ferebat᷑ mani-
bus ſuis. et pꝛocidebat ad hoſtia poꝛte.
et ſaliue decurrebant ſuper barbam eiꝰ.
Quem cũ vidiſſet rex Achys ait ſeruis:
Utquid mihi iſtũ arrepticiũ adduxiſtis
Nunquid intraturus eſt in domum me
am? et ſic illũ dimiſit: pꝛoijtiens eum: et
abijt inde Dauid incolumis. Ad hanc
hyſtoꝛiam videtur pertinere titulus.
nec diſcoꝛdat niſi ꝙ qui hic dicitur Aby
melec. idem ꝓpꝛie Achys vocabatur.
ſicut in hyſtoꝛia legitur. Sed Heſdꝛas
ꝓpter ſacramentum nomen mutauit.
ne putetur ſola hyſtoꝛia narrari. Om-
nia enim in figura contingebant illis.
¶ Sciendum ergo ꝙ Dauid Chꝛiſtum
et vultus mutatio: mutatione veteris
ſacrificij in nouum ſignificat. Uetus
autem ſacrificium dicitur vultus· quia
iudicat voluntatem dei in ſigno. Aby-
melec interpꝛetatur patris mei regnum
et ſignificat iudeos: qui erant regnum
patris ſui ſcʒ Dauid qui fuit pater Chꝛi
ſti ſm carnem. Iuxta illud. Et dabit illi
ſedẽ Dauid patris ſui. Eccleſia vero ẽ re

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

gnum. non dauid patris ſui. ſed dei pa-
tris ſui. Achys vero interpretatur quo
modo eſt: Per quod ſignificantur tardi
illi diſcipuli quibus cum diceret domi-
nus. Niſi manducaueritis carnem me-
am. ⁊ biberitis ſanguinē meū nō habebi
tis vitā in vobis. Eſtimauerūt illi qḋ
ꝑticulatim carnē daret ad mādūcādum
dicētes. Quō hic pōt carnē ſuā nob̄ da-
re ad mādūcandū: Durus ē hic ſmo. et
abierunt retro. Mutauit ergo dauid
vultū ſuū corā abymelec. i. chriſtꝰ mu-
tauit vetus ſacrificiū corā iudeis. qui e-
rāt regnū patris ſui dauid. mutauit. ⁊
corā achys. i. corā illis ignaris diſcipul
qui dixerūt. durus ē hic ſermo. In hac
quoqꝫ mutatiōe vultus: affectabat chri
ſtus. i. affectu ꝯpaſſionis plenꝰ erat. qꝛ
ꝯpaſſus ē nobis vſqꝫ ad mortē. et tym-
panizabat. qꝛ extēſus ē ī cruce. ſicut cori
um in ligno. et hoc ad hoſtia ciuitatis
. i. ad cōda deo clauſa. vt ea ꝑ crucē ⁊ fi
dem aperiret. ferebatur manibus ſuis
quod non ad litteram poteſt accipi. ſed
tunc manibus ferebatur cum corpus et
ſāguinē ſuū in cena apl̄is porrexit: ī quo
hūilitatē hoībus ꝯmēdauit. Saliue de
currebāt in barbā. i. v̄ba infātilia. et īfir
ma dicētis. Hoc ē corpus meū. tegebāt
v̄tutē eius. que ꝑ barbā intelligit̄. et ꝑ
hec oīa ꝓcidebat ad hoſtia porte. i. hūi-
liauit ſe ad initiū fidei nr̄e. Hoſtiū enī
porte initiū ē fidei. Vn̄ incipit eccleſia. ⁊
ꝑuenit ad ſpēm. ⁊ ē ſēſus tituli. Pſalmꝰ
iſte attribuit̄ dauid. i. chriſto qui hic lo
quit̄. et in eo chriſtianus. Verba enī hꝰ
pſalmi. et mēbris et capiti ꝯueniūt. pſal-
mus dico. agēs de hoc. qḋ fecit. cū muta
uit vultū ſuū. i. vetus ſacrificiū ī nouū
qm̄ mutationē in cena oñdit. Dū in ce
na corpus ſuū et ſanguinē diſcipul do-
cens hūilitatē ꝯmendauit. Mutauit di-
co: corā abymelec. i. coram iudeis. ⁊ di-
miſit eū dauid abymelec. i. chriſtus di-
miſit iudeos. et abijt ad gētes. ita etiā et
corā achys mutauit. i. corā ignaris diſci
pulis. et achys vel abymelec dimiſit eū
dauid. et abijt. i. illi ignari diſcipuli. et
alij iudei dimiſerāt chriſtū ꝓ mutato ſa
crificio. et abierunt retro. Vel chriſtus
abijt ab illoꝝ cordibus. Ad lr̄am etiam
patet de dauid. qḋ mutauit vultū ſuum
corā abym. et abymelec dimiſit eū ⁊ da
uid abijt: incolumis. Et ē iſte pſalmus
ſcḋus eoꝝ. qui ꝑ impfectū alphabetum
ſcribunt̄. Intentio: monet ad nouum
ſacrificiū accedere. mēte. nō pede. Modꝰ
quattuor ſūt ꝑtitiones. Prius ꝓpheta
ſūmatim laudē ꝑmittit. monēs manſue-
tos ad idē. Scḋo: ad cōionem noui ſa
crificij fideles hortat̄: ibi. Accedite. Ter
cio: incipiētes monet a quibꝰ abſtineant
ibi. Venite. Quarto agit de retributio
nibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ ibi. Oculi dn̄i. A
laude itaqꝫ incipiēs ait chriſtus. et in eo
chriſtianus.

Pſalmus XXXIII

**Benedicam dominum in omni tempore: ſemper laus eius in ore meo.**

Benedicam. id eſt laudabo dominum
corde. ore. ⁊ corpore. et hoc nō tantum
ī ꝓſperis ſꝫ ī oī tpe ꝓſperitatis et aduer
ſitatis. qḋ nō tpe ꝑoris vultus. id ē vete
ris ſacrificij fiebat. quando carnales ꝓ
carnalibus ſeruiebant. Nota quod hūc
verſiculum cantat eccleſia in ſexta. qua
hora paſſus eſt chriſtus. et ſol feruet.
quia chriſti paſſio: ex feruore charitatis
prodiens. nob̄ ē cauſa. et materia laudā
di deum dilectione intentiſſima. et laus
eius in ore meo. vt alios inſtruam. et
hoc ſemper. Quia omnia que dicit. vl̄
cogitat. ſine culpa ſunt. et ita laus dei
ſemper in eo eſt. Sed quia hoc nequit
niſi humilis: humilitatem commendās
ſubdit. ⁊:

**In domino laudabitur anima mea: audiant manſueti ⁊ letentur.**

Anima mea lau. Hic. nō ī me. vel ī extio

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ribus ſed in dño. Sua em̄ laus eſt pre-
dicatio dñi ſui. vt bonus famulus de bo
na fama dñi gloriatur. Qui in dño nō
vult laudari. nō eſt manſuetus. ſed ſup-
bus. vel de futuro poteſt accipi hoc. Q.
benedicam. vnde in futuro. In dño lau
da. aïa. mea. hoc aūt audiant nō docti.
nō ieiunantes. quia ſunt ſupbi. ſed man
ſue. qui tpantiam habeant omniū reruz
qui ſunt leui animo. Qui em̄ n̄ māſuet9
eſt iraſcitur: audiant dico. et nō triſten
tur de hac mutatōne: ſed letentur. quia
res iocunda eſt aïe. Et qꝫ ſpūalis gratia
non vult ſola facere. qđ multis proficit.
ideo vocat alios dicēs ⁊ o vos māſueti.

**Magnificate dominū mecum et exaltemus nomen eius in id ipſum.**

Magnificate dominū. ex fauo-
re charitatis hoc dicit. magnificate di-
co mecū. Nō em̄ arta res eſt. omnibus
ipſe ſufficit. et exal. omnes nomē eius. in
idipſum. i. in vnū vt ab oībus fiat vnū
vt aūt inuitatos traheret dicit que bona
ſibi inde euenerunt ſubdens:

**Exquiſiui dominum et exaudiuit me: et ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.**

Exquiſiui dñm. intus mūda ꝯſcia. n̄ au
rū. nō aliud. ſed dñm: ipſuz. ⁊ exaudiuit
me. per quod patet. ꝙ qui non auditur
ipſum nō queſiuit. et ex omnibus tribu-
latōibus meis. hoc ideo dicit. quia poſt
mundū cor et mundā ꝯſciam reſtant tri
bulatōnes. ſed ex omnibus dicit iſte ſan
ctus. eripuit me. i. in futuro eripiet. cū
mortale hoc induerit īmortalitatez. ideo
dicit. ex omnibus vniuerſaliter. qꝫ non
poſſunt dici particulariter. i. ſingulatim
q̄nta impetrauit. i. de quātis eripi impe
trauit: qui nō aliud q̄ꝫ deū queſiuit.

**Accedite ad eū ⁊ illūiamini: et facies veſtre non ꝯfundentur.**

Accedite ad eū. Secunda pars. Premiſ
ſis laudibus iam particulatim de nouo
vultu ammonet ſanctos. quoſ ad cōmu
nionem veri ſacrificij hortatur. Q. dico
magnificate. etſi in primis iniocūdum
videtur. Accedite propius ad eū. horta
tur alios dicens: quod ipſe ꝓbauit. Vel
ita iunge. dico magnificate. et quo ordi-
ne: Ecce accedite ad eum. fide inherēdo
et duobus pedib9 gemine charitatis cur
rendo. et percipiendo illum. illumi. nō
ſitis ceci ſicut iudei. qui de crucifixo te-
nebrati ſunt: nos mādūcando crucifixū
et bibēdo illūiamur. et p9 lumē. fa. ve. i.
mentes. nō cōfun. in futuro iudicio. i.
nō fruſtrabunt̄ mercede. decepti em̄ eru
beſcunt. vos aūt impetrabitiſ. vl' hic etiā
in preſenti mentes veſtre non confundē
tur. in aduerſis. Quicquid em̄ hic fiat
iuſto: non erubeſcit. quia et ſi apud hoī
nes videat̄ inferior in inimico. tamen: ſē
per eſt ſuperior apud deum. Superbus
vero: in aduerſis erubeſcit. quia ad deū
non acceſſit. vel ſi acceſſerit fide: mentes
veſtre nō confun. ſicut eorum. qui cū au
diſſent chriſtum daturum carnem ſuam
ad manducandum dixerunt. durus eſt
hic ſermo. et confuſi. retro abierūt:

**Iſte pauper clamauit et dominus exaudiuit eum: et ex omnibus tribulationibus eius ſaluauit eum.**

Iſte pauper clamauit. Q. vere acceden-
tes non confundentur. quia Iſte pau. i.
ſpūalis paup. ſ. ego dauid. vel chriſtus
vel eccl'a. cla. et do exa. e. hic oñdit quō
exaudiaris. ſ. ſi fueris paup ſpū. diues n̄
audit̄. ſꝫ hoc mō pōt fieri exauditio. ſ. ſi
q̄s paup fuerit ſpūalis. hic eſt q̄ accedit
ad deū: et illūiat̄. nec erubeſcit. qꝫ qñ cla
mat. liberatur ab omibus anguſtijs ſcli.
dum iam tranſit ad deū. vnde: ſubdit. et
ex omnibus tribulationibus eius ſalua
uit eum. in obitu tranſeuntez ad ſe. Sed
quomodo hoc: Ecce:

**Immittet angelus domini in circuitu timentium eum: et eripiet eum.**

Jmmittet angelus. vl' ita ↄtinua. Dico
accedite. et ſicut iſte pauꝑ clamauit: ⁊ ex
auditus eſt: eodē modo angelus domi.
id eſt. chriſtus qui eſt angelus magni cō
ſilij: vel aliquis angelus de celo: qui eſt
eccleſie vallū. vel homo qui eſt miniſter
voluntatis dei: imittet. id eſt. īmiſſionē
faciet in circuitu pure timētiū eū: vt mu
niat hic eos: et ī futuro eripiet eos. Alij
interpretes qui ↄcordāt huic ſenſui trā-
ſtulerūt ſic. Circūdat angelus dn̄i ī giro
timētes eum. Aliqui vō mēdoſi codices
habent. Jmmittꝫ angelū dominus ⁊c.

## Guſtate ⁊ uidete quoniam ſuauis eſt dominus: beatus uir qui ſperat in eo.

Guſtate et videte. Hic apte agit de ſacra
mēto: quod ferebat manibꝰ. Q. nō ſolū
accedite vt credatis. ſꝫ etiā guſtate carnē
et ſāguinē chriſti: et ſic videte. i. intelligi
te: quoniā ſua. eſt do. i. dulcis cibꝰ: qui ē
vita ſumenti: pellēs omnes moleſtias in
futuro. Deus eñ vita eſt et veritas. Et
quia deus ē vita: ideo caro quā ſibi vni
uit eſt viuificatrix. Si aūt hoc nō ītelli-
gis: regnat in te achis. i. ignorātia. ⁊ abi
it a te dauid. i. chriſtus veritas. Sequit̄
Beatꝰ vir ⁊c. Q. dico. guſtate et ſpate in
eo: quod guſtaſtis: quia beatꝰ erit vir q̄
ſperat ī eo quod guſtat. i. ſpate ꝑ hoc vi
tā eternā in futō. vel ita. beatꝰ q. ſuauis
eſt dominꝰ: et ſpate in eo. qꝛ beatꝰ eſt etiā
nūc vir qui ſpat ī eo. Miſer qui ſpat ī ſe
vel in alijs homībus: ſed qui ſpat in eo.
iam beatus eſt: qꝛ eum iā habet in ſpe: q̄
eſt omne bonū. et quia vult omnes ſoli-
citos eſſe. addit et o vos.

## Timete dominum omnes ſā-cti eius: quoniam non eſt ino-pia timentibus eum.

Omnes ſancti eius timete dominum vt
qui ſtat: videat ne cadat. et addit om̄es
vt nullus licet bene meritus ab hoc de
ſiſtat: non ſecuritatem preſumat. Jdeo
timete dominum. quoniam non eſt ino
pia temporalium timentibus eum. Alij
aliquo indigent: ſed nō ſui: quibus ipſe
ait. Primum querite regnum dei. et hec
omnia adijcientur vobis. Paſcebat do
minus contemnentem ſe: et deſeret timē
tem ſe. Ne ergo deſeras deum: ne famē
patiaris. Multi enim ideo deſerunt de-
um: ne inopes ſint. ſed promittit nō ſu-
perflua: ſed neceſſaria.

## Diuites eguerunt et eſurierūt: inquirentes autē dominū nō minuentur omni bono.

Diuites eguerunt. Quaſi timentibus
nihil deeſt. ſed diuites ſeculi. id eſt. ſuꝑ-
bi: eguerunt et eſurierunt. quia etiā pa
ne temporali egent. et inediam patiunt̄
interdum. Sed potius de ſpiritualibus
bonis accipiendum eſt. Q. ideo timete.
quoniā non eſt inopia ſpūalis: et vī bo
ni timentibꝰ eū. Sed diuites ſcl'i. i. ſuꝑ-
bi: eguerūt bonis interioribꝰ. Non enim
putare debes hoc dici ō terrenis: que nl'
lius precij ſunt. ſed de ſpiritualibꝰ. Re
ſpicite eñ multos diuites īquos mori
in diuitijs ſuis: nec factos fuiſſe pauꝑes
durū vixerēt: ſed inter magnas copias di
uitiarum. vſqꝫ ad vltimum vite perdu-
ci: et expirare in lectis eburneis circum-
fluente familia. et magnifice celebrari
pompam funeris. ac pompato funere:
ad tumultum deduci a ſuis. Ne ergo te
fallat hic ſcriptura. de ſpiritualibꝰ hic
accipe quod ait. Diuites eguerūt et eſu-
rierunt. quia fidem non habent: que eſt
ſubſtantia ſperandarū rerum. et eſuriūt.
quia corpore domini nō ſatiāt̄. Quid
enim habent qui deū non habent? Vel
diuites eguerūt. id ē carebunt in futuro
ſūmo bono. id eſt. deo: licet eſuriant. id
eſt deſiderent. vnde ſubdit. et tamen eſu-
rierunt. id eſt. deſiderauerunt dote na-
ture. Sequit̄. inquirē. aūt dominū. Q.
diuites eguerūt: ſed inqui. id eſt. toto ō
ſiderio querētes dominū. non aliud. nō
minuent̄ omni bono. id eſt. ſine iminu-
tiōe habebūt bonū qd̄ eſt omne bonū: qꝛ
ī deo ſunt omnia bona: quia omniū au
ctor eſt: et plena ſufficientia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

### Dyapſalma

**Uenite filii audite me: timorē domini docebo uos.**

Dyapſalma: Uenite filij audite me. Tercia pars. Tractatis ſupra eccl'ie ſacramētis. ammonet iaꝫ eos. qui quaſi extra ſūt .i. incipientes. q̄ p̄ma fidei rudimēta accipiunt. a quibus abſtineāt. Q. dico timete. vt aūt ſciatis timere o filij .ſ. dicentes. Nos em̄ ꝑpheticus eſt diſcip̄los vocare filios. Uenite fide audite. me .i. diſcite a me. ⁊ ne nomē tioris horreatur: addit doce. v. filios quos nō docerē. niſi rem vtilem .ſ. timorē dn̄i. qui eſt initiū ſapie:

**Quis eſt homo qui uult uitā: diliget dies uidere bonos.**

Quis eſt hō. Q. diſcite timorē. et debetis. qꝛ in hoc eſt vita qd̓ ita ait. Quis eſt hō qui vult vitā eternā: et qui. dili. vi. di. bo. qui nūq̄ꝫ ſunt in hoc ſeculo. hoc oēs fantur ſe velle: bonā rem volunt. ſꝫ nō in regione eius querūt illam. velut ſi aliquē iuſtū quereres. ſꝫ non in patria vbi habitaret. diceret tibi bonū virū. et magnū queris. ſed noli querere hic vbi nō inuenies eū. ita queramus. et nos vitā. ſꝫ n̄ hic et q̄i aliquis diceret. q̄re hoc queris: reſpōdet. oſtendēs quō debent timere. Q. d. tu q̄cunq̄ꝫ es. qui vitā eternā cupis: hoc modo times. ſ.

**Prohibe linguā tuā a malo: ⁊ labia tua ne loquantur dolum**

Prohibe linguā tuā. de qua ſalomon ait in ꝓuerbijs. Mors ⁊ vita ī manibus ligue. a malo oi. ne mala loq̄ris apte. ⁊ ꝓhibe. la. t. ne. lo do. i. ne bōa doloſe loq̄nt. Nota ꝙ p̄us dicit cohiberi linguā q̄ꝫ labia. qꝛ cū loqui volumꝰ an̄ cōmouemus linguā. et mox labia lingue motuꝫ ſecuntur. Et:

**Diuerte a malo et fac bonum: iquire pacem et perſequere eā**

Diuerte a malo .i. nulli noceas facto. et quia hoc nō ſufficit ſubdit. et fac bo. parū eſt ei vt n̄ expolies veſtitū. veſti nudū ſi n̄ expoliaueris: dcliaſti a malo. ſꝫ n̄ facies bonū. niſi nudū veſtieris ⁊ ꝑegrinū in domo tua ſuſcepis. Duo ergo bona ſunt. diuerte a malo. et fac. bo. illud vitat culpaꝫ. hoc meret̄ palmā. Et nota ꝙ eſt quidam modus declinandi a malo. quo tm̄ pena vitat̄: ⁊ eſt quidā: quo etiā vita acquirit̄. Si em̄ quis nulla occaſione ꝓuocatus ad malū: a malo op̄e declinat: vitauit vtiq̄ꝫ penā. quā incurriſſet ſi illud admiſiſſet. Si vero ab inimico viſibili vł inuiſibili ꝓuocatus vel leſus: malū nō reddit. vel malo nō ꝯſentit. a malo declinauit. et palmā ꝓmeruit. Uel ita Diuerte a malo. i. deſtrue vicia vite. et fac. bo. i. edifica v̓tutes. et ſic. inq. pa. i. deſidera vt pax ſit ſp̄ūi tuo cum carne: ideo autem dicit inquire. quia hic nunq̄ꝫ eſt iuſto plena pax cum corpore ſuo. ſed ſemper pugna eſt cuꝫ vicijs. ideo precipit hic paceꝫ ſemper queri. et ſi hic plene haberi non poſſit. Unde ſubdit. et ꝑſequere eam. fugientem. i. perſeuera inq̄rendo. Aliter enim in futuro non capietur. Uel inquire pacem. i. deum ipſum qui eſt pax noſtra. et quia hic non habebis. perſequere e. in celū quo proceſſit:

**Oculi domini ſuper iuſtos: et aures eius in preces eorum.**

Oculi domini. Quarta pars. vbi agit de retributōnibus bonoꝝ et maloꝝ ne ī periculis iuſtus aliqua dubietate molleſcat. Quaſi dico. diuerte a malo inquire pacem. et ne ex infirmitate tua diffidas. quia Oculi domini .i. reſpectus miſericordie dei ſunt. ſuper iuſtos. etſi vt medicus ſecat et vrit. per quod videtur nō exaudire. ſed hoc facit: vt ſanet. et parcat in ſempiternū. et aures eius ſunt in preces coꝝ. vt quod petunt det. ſcilicet gratiam pro gratia. Et nota. ꝙ non ait ad preces: ſed in preces. in quo notatur celeritas audiendi. dum in ipſis auditor habitat. Sed forte dicit malus. ſecure facō mala. qꝛ n̄ ſuꝑ me ſūt ocl̄i dn̄i ad iu

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſtos deꝰ attendit. me nō videt iō ſubdit

**Vultꝰ autem domini ſuper fa cientes mala: ut perdat de ter ra memoriam eoꝛum.**

Vultus autem domini. Q. iuſtos reſpi cit deus ſed nec malus putʒ ſe neſciri: qꝛ vultus domini. i. cognitō et aīaduerſio dei eſt ſup facien. mala non tamen reſpi cit eos miſericoꝛdit. ſ. vt exaudiat: ſʒ co gnoſcit vt puniat. vnde ſubdit: vt pdat de terra viuentium: memoriā eoꝛum. ſ. vt nec mentio. id eſt interceſſio fiat pro eis: inter bonos adeo placet eis iuſticia dei. Vnde in euangelio ait: abraham ad diuitē. Chaos firmatum eſt inter nos et vos vt boni nō poſſint condeſcēdere ad eos compaſſione aliqua: propter confu ſionem peccatoꝝ que admiſerūt. Et vere oculi domini ſuper iuſtos. quia.

**Clamauerunt iuſti ⁊ dominꝰ exaudiuit eos: ⁊ ex omnibus tribulationibus eoꝛum libera uit eos.**

Juſti antiqui. ſicut abrahaʒ et ceteri iu ſti: clamauerunt: pro liberatōne ſua ad dominum. et dominus id eſt. chriſtꝰ ex audiuit eos in ſua reſurrectōe: et ex om nibus tribula. eoꝝ libe. eos. quando ca ptiuam duxit captiuitatem vel corpo raliter liberauit: vt tres pueros in cami no flama ledere non potuit: in quoꝛum laudibus ignes friguerūt: ſic et alios li berauit.

**Juxta eſt dominꝰ his qui tri bulato ſunt coꝛde: ⁊ humiles ſpiritu ſaluabit.**

Juxta eſt dominus his. Q. ſicut in vete ri teſtamēto exaudiuit dominus iuſtos ſic et in nouo teſtamento. Juxta ē domi nus his qui tribu. ſunt corde nō omni bus tribulatis coꝛpoꝛe: ſʒ tribulatis coꝛ de. ſ. qui terunt duriciā coꝛdis. et humi les ſpiritu nō verbis ſaluabit: quod ne ceſſe eſt: quia Multe ſūt tribulatōes ⁊c. Vel de modernis iuſtis poteſt accipi. et de ſpirituali liberatōne qua liberati ſūt non vt tribulationes non ſentirent: ſed vt foꝛtiter tolerando non ſuccumberēt: et hoc eſt. Clamauerunt iuſti et dominꝰ exaudiuit eos: ſic exaudiuit ꝙ liberauit eos. non coꝛporaliter: ſed dando eis pa tientiam. et hoc eſt quod ſubdit. et ex oi bus tribulationibus eoꝝ liberauit eos. ſaltem ſpiritualiter: et vere liberauit. nā pronꝰ ē ad hoc. et hoc eſt quod ait. Jux ta eſt dominus. vl' alluſio eſt ad hoc qd dixerat. Clamauerūt. Q. illi clamauerūt et dominns iuxta eſt his qui tbulato ſūt coꝛde. Altus quidē eſt dominus: ſed vi cinatur humili: et non ſe erigenti. vñ ſb dit. et hūiles ſpiritu ſaluabit. hoc ñ mu.

**Multe tribulatōnes iuſtoꝝ: ⁊ d oibꝰ his liberauit eos dñs**

Multe tribulatōnes. Q. humiles ſalua bit. non vtiqʒ ſic vt nihil patiātur. quia tribulatōnes iuſtoꝝ multe ſūt qꝛ a dia bolo et ab imūdis hoibꝰ et a ſeipſis. qui ergo nō patit nō eſt iuſtus. Quia mlte ſūt tbu. iu. Ecōtra paucioꝛes iniquoꝝ. ⁊ de o. his li. e. do. Jn futo dominus po tēs liberatoꝛ. Jnterim vero.

**Cuſtodit dñs oia oſſa eoꝛum: unum ex his non conteretur.**

Dñs cu. oia o. eo. i. firmamēta fidei. ſ. patiam et alias vtutes. et vnū ex his non cōte. i. nec etiā patia pibit qd ſignatū ē i agno paſchali. de quo dr iexo. os ñ fran getis ex eo. qd ipletū ē i dño ieſu chriſto cꝰ crura ñ ſūt fracta i cruce. ⁊ iplet i ſcis ſuis quoꝝ patia i tbulatōibꝰ exercet. ſed nō vincuntur.

**Mors petōꝛuʒ peſſima: et qui oderunt iuſtum delinquent.**

Mors pec. Q. iuſtos cuſtodit dñs et li berabit. ſʒ mors pcōꝝ nō ſolū ē mala. ſʒ et peſſima qꝛ rapit ad gehēnā. etſi ei i di uitijs et odoꝛibꝰ et lamētis hominū fini atur. tamen peſſima ē. qꝛ in peccatis ē: et ad infernū trahit. et dicit hoc ↄtra illud qd d bōis dixerat. libe e. et quia oēs ſunt peccatores. determinat quoꝛum pecca

catoꝝ mors eſt peſſima. dicens. ⁊ qui od
runt. et quaſi quis diceret. quoꝝ pecca-
toꝝ mors eſt peſſima? Reſpondit. ñ oim
qꝛ omnes ſunt peccatores. ſꝫ eoꝝ qui od
runt iuſtum. i. chriſtũ q̃ iuſtificat. per
quẽ qui nõ recõciliatur: ꝑit. illi eñ de-
linquet. i. deum derelinquent odiendo
bonũ. ⁊ eſt econtra: illud qd̓ ſupra dixit
de bonis. ſ. cuſtodit do. o. oſ. e. ſeq̃tur

**Redimet domin⁹ animas ſer
uorũ ſuorũ: et non delinquent
omnes qui ſperant in eo.**

Redimet. do. a. q. mors peccatoꝝ eſt peſ
ſima. ſꝫ Redimet. do. precio mortis. aĩas
nõ libertoꝝ. i. eoꝝ qui de ſeruis dei facti
ſunt liberi ſui. ſed ſeruoꝝ ſu. i. ſibi obedi
entium. et omnes qui ſp. in eo. q̃ꝫuis ſine
peccato nõ ſint. tñ nõ delin. i. nõ pecca-
bũt ad mortem. Iſte eſt eñ modus hũa
ne iuſticie. vt vita mortalis. q̃ntũlibet ꝓ
ficiens. qꝛ ſine peccato eſſe ñ poteſt. i hoc
nõ delinquẽt. i. ꝑ hoc mortale delictũ ca
ueat. dum. i. qꝛ ſꝑant in eo. in quo eſt re
miſſio peccatorum.

## In finem pſalmus ipſi dauid.

In finẽ pſalm⁹ ipſi dd. Per
dauid qui interpretat̃ manu
fortis. vel deſiderabilis aſpe
ctu. itelligit̃ chriſtus. qui vi
cẽdo diabolũ ẽ manu fortis. vitã eternã
promittendo eſt deſiderabilis. quid eñ
fortius illa manu que hoſtem ſtrauit. ñ
armata. ſed in ligno crucis tranſfixa? qd
deſiderabilius eo. in quem angeli deſide
rant proſpicere? Quem et martyres nõ
videntes voluerunt mori. vt ad illũ vi-
dendũ. mererentur ꝑuenire? Ipſe ergo
v̓e deſiderabilis eſt. dũ vitam promittit
quod in hoc pſalmo agitur. Hic enim
chriſtus inuocat deum contra tribulato
res capitis et corporis. et per tribulatio
ne. omnibus vitã promittit. Et eſt ſenſus
Pſalmus iſte dirigens nos in finem at-
tribuitur. ipſi dauid. i. chriſto qui hic
loquitur. nunc in perſona ſua. nunc in
perſona corporis Et eſt iſte pſalmus. ij.
eoꝝ. qui late agunt de paſſione chriſti.
Intentõne: monet vt aduerſa feramus
Modus Tripertitus eſt pſalmus Pri-
mo: incipit ab oratõne pro vtraq̧ parte
pugne orans. i. pro ſe. et ꝓ aduerſariis.
cũ cõmemoratõne culpe eoꝝ. Secundo
premittens de ſpe boni. ⁊ gaudio narrat
q̃m maligne erga chriſtum fecerunt. ibi.
Anima aũt. Tercio: de fructu paſſionis
agit ꝓmittẽs ꝯfeſſionẽ totius eccl̃ie ibi:
Confitebor tibi. incipiẽs itaq̧ ab or̃one
in ꝑſona ſua ⁊ ſuoꝝ membroꝝ. ait. O:

**Iudica domine nocẽtes
me expugna impugnan
tes me: apprehẽde arma
et ſcutum: et exurge in adiuto-
rium mihi.**

Dñe iudica. i. dãna nocẽt. m. voto. ex-
pu. i. vince. ipug. me. actu. ecce deus ꝓ
nobis pugnat. et ſi deus ꝓ nobis. quis ꝯ
tra nos? apprehende. Hoc prius ex pſo
na mẽbroꝝ legit̃. q. expugna. Sed quõ
hoc ages? Apprehẽde ꝓ me. arma. ⁊ ſcu.
Magnũ ſpectaculũ ac iocundũ eſt. vid̓
re deũ armatũ ꝓ te. q̃ hẽt arma et ſcutũ.
armis hoſtes ꝑcutit. ſcuto. nos ꝓtegit.
Sed q̃d eſt ſcutũ di. et que ſunt arma ei⁹
Scutũ eſt ꝓtectio bone voluntatis dei.
qua nos defendit. Vñ alibi: vt ſcuto bo
ne volũ. t. coro nos. Arma dei nos ſum⁹
qꝛ vt nos ab eo armamur: ita ipſe armat̃
nobis. quibus percutit iĩmicos. et eſt:
tia tua ego defeci.et hoc in increpationi
bus quibus humanũ genus increpuiſti
quod tñ ex merito noſtro eſt qȯ eſt.

**Propter iniquitatem :corripu**
**iſti hominem.** Propter ini.noſtraȝ
dico in increpationibus que tñ ſunt ad
correctionẽ:q uia ꝑ eas corripu.ho.Ali
liter eñ iniq̃tas incurata ꝑmaneret. Ali
ter ab illo loco. Obmutui et legit̃ hic a-
lia lit.videlicet.[i] Obſurdui. C. Dediſti
me opprobriũ inſipiẽti . Ad cuius ꝯui-
cia ego obſurdui: et non aperui os meũ
.i.nec conatus ſuȝ loqui:quia fruſtra lo
querer cũ illi ſint incorrigibiles . et qñ
tu fe.me.amoue a me plag.tu.i.flagel-
la tua.i.quia feciſti me:noli me extermi-
nare tñ cede vt ꝑficiam nõ vt deficiam
tñ tunde vt producar nõ vt comminu-
ar. C.d.[i] Ille qui creauit ille recreet. A
fortitudine. C.d.plagas amoue. Pla-
gas dico grauiter illatas a forti.ma.tue
ego defeci in argutionibus.alia lit.i.cũ
arguis me defeci. Arguere aũt tuum eſt.
propter iniquitatem erudire. Unde ſe-
quitur. Propter iniquitatem ꝛc. C.de-
feci.arguis . ſed non ſine cauſa eſt quod
defeci et infirmus ſum . immo propter
iniquitatem eſt.et in hoc erudiſti homi-
nem.alia lit.nõ damnaſti. C.tua argu-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tio. ⁊ pena ē: et gratia: Vnd alibi. Qui
ſingis dolorē ī precepto. i. formas dolo
rē meū quē intuliſti. Dolor enī ali⁹ ī for
mis alius formatus. In formis. qui nō
emendat a hominē. formatus vō eſt. qui e
ruditionis formam preſtat[t]. Et talis do
lor: eſt preceptum. i. vicem. ⁊ imaginē
precepti habet. q2 docet a malis exire.

## Et tabeſcere feciſti: ſicut araneā animam eius.

Et tabeſcere feciſti. Eruditionis modū o
ſtendit. Quaſi diceret. Adeo corripuiſti
hominē. quia feciſti. ta. a. eius. i. ſiccatā
ab humore virtutum ⁊ cognitionis dei
ſicut aran. que texit inanē telā. ſic ⁊ iſte
inaniter laborat in congregatione tēpo
ralium. Vel ſicut araneam. quia ſicut a-
ranea egeſtione viſcerum: vnde telam te
xit moritur: ita homo cum extrahit a ſe ī
iquitatē: moritur[t]. Vel in bono poteſt
accipi. Aranea enim corpus tenue habz
nec in terra. ſed in alto ſtat. telas egeſti-
one viſcerum texit. ſic anima homīs: cō
uerſi. ⁊ afflicti. terrena deſerit. ſtans ī al
to celeſtis conuerſationis. ⁊ ſbtiles ope
rationes perficit. timore dei tabificata.
. i. humiliata. Vel ita[t]. Comparatur ho-
mo aranee. Quia ſicut aranea tabidū qō
dam eſt. ⁊ infirmum. ſic anima hominis
infirmitate. et humilitate eruditur. vt ñ
de ſe preſumat. qui diſplicuit fortitudi-
ne et ſuperbia. et hoc ē. ita erudiſti. quia
Tabeſcere feciſti animam eius ſicut ara
neā. id eſt feciſti vt anima tabeſceret. i.
infirma fieret per humilitatem depōita
ſuperbia quaſi aranea qua nihil eſt tabi
dius. que leuit tacta digito: deficit. Hec
infirmitas bona eſt. ſicut ſuperbia forti
tudo: ante erat vicium.

## Ueruntamen uane conturbatur omnis homo.

Veruntñ vane. C. d. [t]licet homo ſit cor
rectus[t]. licet increpet. licet tabeſciat. Ve
runtñ oīs homo[t]. viuēs in īcerto. vane
ꝯtur.[t] i. hūana īfirmitate varijs rebus
ꝯfundit. Ab hac vāitate: nemo excipit.
niſi qui deū pura mēte ꝯtēplat. ⁊ ē hic.

## Dyapſalma.

## Exaudi orationem meā domine ⁊ deprecationem meā: auribus percipe lachrymas meas

Dyapſalma. Exaudi orōnē. Tercia ps
vbi inter tot mala ſeculi petit ſibi deum
adeſſe. ⁊ peccata dimitti. vt ꝓſpero fine
exeat: Q. vniuerſa ſūt vāitas[t]. Int hec
ergo poſit⁹ trāſiliēs iā in ſupiorib⁹ ſpe
agēs inquit. Exaudi[t]. Vl' ita ꝯtiua. Hec
ſūt vana. ſz q2 ego iſta nec peto. nec pro
his triſtor. Exaudi dñe[t]. Quāto plura
nouit iſte: tāto plus ſupplicat. orōnem
. m. Orō ē: qñ vota deo pandimus. ⁊ de
prec. m.[t] Deprecatō ē frequēs ſupplica-
tō ab imo cōdis. ſz ne putes eū tm̄ vbis
orare: addit. ⁊ lachrymas que violente
ſunt in precibus ad mouendam miſeri-
cordiam. ⁊ hoc eſt. qō ſequitur. auribus
percipe lachrymas meas[t]. licet eniz tot
tranſiliuit iſte. habet tamen qō fleat. q2
abeſt: qō deſiderat. quia crebreſcūt ſcā-
dala. abūdat īiquitas. refrigeſcit chāitas

## Ne ſileas quoniā aduena ego ſum apud te: ⁊ peregrinus ſicut omnes patres mei.

Ne ſileas. Q. oro deprecor. ⁊ o domine
Ne ſile. i. fac vt audiā te[t]. q2 occulte lo-
quit ī corde fidelis. ſalus tua ego ſum.
quā vocē iſte optat. Vl' ne ſile[t]. i. dic mi
hi remiſſa ſūt tibi peccata tua. Vel ne ſi-
leas[t]. ī futuro. i. dic. Venite bñdicti pris
mei. ⁊c.[t] Ne ſileas quoniam ego iam ſū
apud te ſpe. ſz adhuc aduena vel inqui-
linus. i. [t]non habens hic ſedem. q2 hinc
tranſiturus ad eterna. vbi non ero īqui
linus. et ſuā peregrinus. ſubaudi apud
te. quia quidam ſunt peregrini cum dia
bolo. i. mali. Quidā vō cū deo. cū quo
ſūt ſpe ñ re: q̄diu enī ſum⁹ ī corpe. pere
grinamur a dño. ſic oēs pa. m. [t]qui mi-
grauerūt ad vitā. ꝯſtat ergo idē de me.
Vel ita: Ne ſile. qñ eg. ſum adue. ap. te[t]
id eſt non in diaboli ciuitate maneo. ſz
in tua: ſum receptus. de babylonia ad
hieruſalē ſū traſlat⁹. meū regnū ꝓ tuo d

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſero. et peregrinus nō eligens mihi ſedē hic: quia ibi mihi patria non hic. ſicē omnes patres mei. hoc dicit ne quis ab hac cōditione puteť exceptus.

**Remitte mihi ut refrigerer priuſquā abeā et amplius non ero**

Remitte mihi. Hic ſibi petit dimitti vt certus ad iudiciū perueniat. Q. d. Et qꝛ migraturus ſum reſtat hoc petere. Remitte ꝛc. Uel ita iunge: quia ſum apud te. ideo remitte mihi. qui curis vroꝛ vt refrigerer per miſericordiam. quia habꝫ eſtus vicioꝝ. Unde dicit. Dimitte nobis debita noſtra ſicē et nos di. ꝛc. Refrigerer dico priuſqꝫ ab hac vita abeam. ne cū peccatis eam. Dico remitte. Alioquin .i. ſi non dimittis vt refrigerer. ego ibo de hac vita et iam nō ero amplius in vero eſſe quod eſt cum deo.

## In finem pſalmus Dauid.

In finem pſalmus Dauid. Finis in titulis pſalmoꝝ diuerſ modis accipiť. Aliqñ eñ Chriſtum ſignificat. Aliqñ plenitudinē tempis. Aliqñ nouū teſt. Aliqñ paſſionē. vel reſurrectionē Chriſti. Hic aūt pro nouo teſt. accipiť qđ ꝯſumat. in qđ vetus teſt mutatū eſſe oſtendiť. quod eccleſia longo tempe expectauit. deſiderās Chriſtū. et cū eo nouū teſt. in qua expectatione multa a diabolo ſuſtinuit. occulte et manifeſte. a quibus etiā poſt Chriſti aduentū et noue legis pceptionem penitus immunis non fuit diaboli inſidias omnino non declinans et aperte et occulte nocentis. Eſt eñ diabolus leo et draco. Leo cū aperte ſeuit vt fecit tempe martyrū vbi opus eſt patientia. Draco cum occulte inſidiať cū ſcandala mouet ⁊ tētationes ſicut nunc facit vbi opus eſt vigilantia et magis timendus eſt. cū fallit vt draco qꝫ cum ſeuit vt leo. Illic eñ cogit. hic docet negare Chriſtuꝫ. tñ inť hec expectare deſijt quouſqꝫ vtrunqꝫ recipiat. Et eſt ſenſus tituli. Pſalmus iſte dirigens nos in finē .i. nouū teſt. ꝯſūmans: qꝛ agit de mutatione veteris teſtamenti. in nouū. attribuiť Dauid .i. Chriſto qui ſaluat quod non facit lex. nec dij gentiuꝫ qui loquiť in hoc pſalmo ex membris .i. ex pſona membroꝝ. ¶ Inten. monet. relictis cerimonijs legis. et idolatrie ſupſtitione ad nouū teſtm̄ accedere. Modus. Bipertitus eſt pſalmus. Primo inducit eccleſiam expectaſſe deū ⁊ accepiſſe cū et ab eo nouū teſtm̄. quod et multi ſecuturi ſunt. vñ. Percutit omnes ſupſtitiones et inuitat ad mirabilia dei. Secūdo exponit mirabilia que ſunt incarnatio: iuſticia predicationis: liberatō hominū ab iniquitatibus: ꝯfuſio inimicoꝝ: leticia ſperantiū. ibi. Annunciaui. Et quia difficile erat iudeos a ꝯſuetis cerimonijs ⁊ gentes ab idolatria reuocare ad nouū te. id vtiť autoritate antiquoꝝ patꝝ dicēs

**Expectās expectaui dominū: et itendit mihi.**

Expectans expe. hac geminatione plus intelligiť. qꝫ ſi ſimpliciter diceret. Expectat eñ qui etiam ingratus eſt ſed expectans expectat. qui mitis et cū deſiderio expectat. ⁊ē. exp. ex .i. mitl et cū deſiderio et aſſidue expectaui in Abraham et in alijs patriarchis atqꝫ in pmiſſione prophetarū. Ecce autoritas ab antiquis. Quid? nō legem p quam abundat delictum nō hominem. qui poteſt fallere et falli. et qui mecū indiget nō aliud ſed dominū qui ſaluare poteſt. et quid ille? et intendit nō auertit ſe. ſed intendit mihi .i. ad vtilitatē meam ſcꝫ vt prodeſſet. nō dicit intendit me vt etiā malos intendit ſed nō malis. Et eſt. Dñs fuit intentus ⁊ beniuolus eis. Poſtea ſubdit. Quō itēdit. ſcꝫ exaudiēdo eos et educēdo. ⁊ hoc ē

**Et exaudiuit preces meas et eduxit me de lacu miſerie et de luto fecis.**

Et exau. qui prophetl ſe abdidit pre. me. a qbus expectās nō ceſſat et quid fecit? et edu. me de lacu mi .i. de pfundo carnaliū ꝯcupiſcentiaꝝ ⁊ de lu. fe. vel limi .i. de malis opibus que pedes affectuū inqnant et retinēt et ſūt vilia vt fex. comparatione vini. Uel lacus ſunt tenebre iniquitatum. id eſt inſide-

litatis et ignorãtie. lutũ eſt carnalis concupiſcentia ⁊c. et eduxit me de lacu miſerie: et de luto fecis. id ẽ de ꝓfundo iniq̃tatis et ex carnalibꝰ cõcupiſcentijs. vł p lacum miſerie et lutũ fecis accipit infernus. vnde eduxit captiuos iuſtos q̃ ibi tenebant ⁊c. Eduxit me de lacu miſe. ⁊c. id ẽ de inferno.

## Et ſtatuit ſupra petram pedes meos: et direxit greſſus meos

Et ſtatuit vt iam ambulem proficiendo ſupra petram id eſt chriſtuȝ pedes meos id ẽ ſenſus meos qui prius cum diabolo erant. Nota ꝗ dupliciter dat deuſ profutura. Primũ educit de miſeria ſeculi que ẽ lacus et lutum fecis. deinde ſupra petram ſtatuit cuȝ in preceptis chriſti ambulamus. peccata ſicut lutum laci fetent et mergunt. petra contra illud lutum eſt. In lacu vero et luto peccatorũ ſunt gentes idola colentes vel omnes terena amantes. et direxit ne retro aſpicerem greſſus meos id eſt operum meorũ Vxor nanq̃ȝ loth reſpiciens retro: verſa eſt in ſtatuam ſalis. et nemo mittens manum ſuam ad aratrum et reſpiciẽs retro aptus eſt regno dei.

## Et immiſit in os meũ canticuȝ nouũ: carmen deo noſtro.

Et immiſit. Quaſi ſtatuit. direxit. et ſic immiſit predicationẽ noui teſtamenti ſcilicet canticum nouum id eſt leticiã de noua gratia non vetus de lege moiſi. cantabant enim homines veteris teſtamenti vetus canticum. ſcilicet oculum pro oculo. dentem pro dente. animam pro anima. ad inferos quoq̃ȝ deſcendebant. cõcluſa ianua regni ꝓhibẽte cherubin aditũ paradiſi. i cuius manu erat ignea rumphea. Sed homines noue legis cantant canticum nouuṁ: quod nouus homo attulit. Nouus enim rex noua lex. ecce noua facta ſunt omnia. Nouus ergo populus noua cantant de incarnatõne domini. de reſurrectõe et aſcẽſione ⁊ huiuſmodi. vñ in his precipuis ſolẽnitatibus miſtri eccłie indutis albis et ſericis ornamentis cantãt et legũt vt nouũ canticũ nemo niſi innouatꝰ cantare preſumat. cãticũ dico. ſ. carmẽ vel hymnũ qđ tamen placet deo. Q. d. nõ eſt turpe carmẽ: nõ theatrale: ſed ẽ ꝑ nouũ teſta. deo inquã noſtro placet nõ alienis dijs: ſed deo qui noſter eſt per cultum non aliorum. Sequitur

## Videbũt multi et timebunt: ⁊ ſperabunt in domino.

Videbũt ⁊c. Q. d. hoc qđ prio de prioribus dixi. videbũt multi populi poſteri id eſt videbũt veniſſe predictũ chriſtũ. quẽ priores expectarunt. vel videbunt multi mirabilia incarnatõnis facta. vł ita videbunt multi ſequaces id eſt imitando precedentẽ populũ patriarchaꝝ et prophetarum: et timebunt: iam ſequi malas vias. quia peccatores ſe ĩtelligẽt. et facti chriſtiani ſperabunt remiſſionẽ peccatoꝝ in domino non in precedentibus ſcȝ patriarchis et prophetis. q: ſolus deus peccata dimittit. Et

## Beatus uir cuius ẽ nomen dñi ſpes eiꝰ: et nõ reſpexit ĩ uanitates: et inſanias falſas.

Beatus vir cuiꝰ eſt nomẽ domi ſpes eiꝰ. Nomen dicit quod eſt ſaluator. et ẽ ſenſus. Beatus eſt vir cuius ſpes eſt nomẽ domini. id eſt qui non temporalia ſperat ab eo: ſed illud quod eius nomen indicat ſcilicet ſalutem id eſt qui ipſum deum non aliud ab eo ſperat. et ſuperabũdat eiꝰ. In hebreo enim ſepe duplicantur hoc mõ genitiui. vel ita vt non abũdet eius. Beatus vir cuius eſt nomẽ domini. Hic diſtingue id eſt ĩ quo eſt laus dei vt ab eo ſolo credat ſalutem. vnde ⁊ ſpes eius eſt. id eſt inde eſt ei ſpes vite. ⁊ poſt non reſpexit in vanitates: quo id ẽ ad quas vanitates plures eũt vana ſũt terrena. et nõ reſpexit ĩſani. fal. Inſanie ſunt ire. rixe vel inſanie falſe ſunt idola que fallunt a veritate. Inſania ergo mendax ẽ: q: ñ ẽ hoc qđ putat ſalꝰ var. vł i

ſanie ſunt in ſpectaculis fallacib⁹ hyſtrionum. theatrorū. et in alijs voluptatib⁹ Ideo enim pluraliter dixit. vt accipiat de omnibus ad voluptatem pertinētib⁹ et hoc eſt. non reſpexit inſan. fal. que ſūt in voluptatibus huius ſeculi. Qui vero illa non reſpexit. habet quid miretur et ſpectet. Quia:

**Multa feciſti tu domine deus me⁹ mirabilia tua et cogitationibus tuis nō eſt quis ſimilis tibi.**

Multa feciſti. vel ita continua. hec ſunt falſa. ſed opera tua ſunt mirabilia. ſ. celū. terra. hic elidit ſuperſtitiones. ⁊ hoc eſt. Multa feciſti tu domine deus me⁹ mirabilia tua. et in corporalibus et in ſpiritualibus. In corporalibus vt celum. terram. et petrum ambulare ſuper aq̄s quod fuit in ſigno ſpūalis miraculi huius. ſ. q̄ nos in ſeculo. i. in fluctibus ſeculi. ſicco pede ambulare facis. Maius ergo facis q̄ʒ hyſtrio. ille enim didicit ambulare in fune. tu vō facis ambulare ſupra mare. ⁊ hoc feciſti cogitatōnibus tuis. i. non alieno conſilio. ſed tua ſapientia. vnde: Quis conſiliarius eius fuit? ⁊ non eſt quis ſimilis ſit tibi. in illis omnibus. nulli auctores artium:

**Annunciaui et locutus ſum: et multiplicati ſunt ſuper numerum.**

Annunciaui. Secunda ps. Ecce que ſint mirabilia. ſ. incarnatio. iuſticia predicationis. liberatio hominū ab iniquitatibus. confuſio inimicorū. leticia ſperantiuʒ. Et nota quia in prima parte rudes et incompoſiti preparati ſunt: vt libenter ſuſcipiant verba chriſti. Chriſtus ei loquitur hec. que in ſecūda parte continentur. partim in capite. i. in pſona ſua et partim in membris. q. multa feciſti mirabilia. et hec mirabilia ego Annūciaui dicit chriſtus. ⁊c. Uel ita continua. que ſunt illa mirabilia? Ecce vide mirabilia dei. Annunciaui. prius per prophetas, poſt locutus ſum egomet et multiplicati ſunt mali. ſuper. nu. ſaluandorū. Certus quidem numerus eſt hieruſalem. i. predeſtinatorū. ſed ſuper hūc numerum ſunt āmixte palee. i. mali. Multi eīn. vo. pauci vero electi. Uel mult. ſ. ſuper. nu. i. ſuper hoc q̄ aliquis numerare poſſit. vel ſic. locutus ſum. et me loquente: mľ. ſ. ſuper. nu. i. plures q̄ʒ olim crediderūt

**Sacrificium et oblationeʒ noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.**

Sacrificium et oblati. Q. que fuit neceſſitas annunciandi? cum ſufficerent legalia? quia Sacrificium. quod de animalibus fiebat. et oblatōem que erat de alijs rebus. vt de ſimilagine. et turc. et oleo. noluiſti. vlterius poſtq̄ʒ veritas eſt exhibita. vt enim venit res. noluit deus illa legalia. que erant quaſi verba promittētia. tamdiu eſt promiſſor donec det. vt ō dit mutat verbum. non dicit dabo. ſed dedi. ipſo ergo veniente. noluit ea que erant eius figura. vnde: in natali domini cantatur miſſa de ꝓmiſſione. ſ. Lux ful. nec repetit. poſtea de promiſſione ſʒ exhibitione. ſcilicʒ Puer natus: ⁊c. quod iteratur poſtea. Ecce verborū mutatio ibi enim eſt de futuro, ꝓmiſſio. hic de iaʒ nato gratiarū actio. vnde: et prophetia ante epiſtolam eadem die cātatur. vt ſit baſis ſub columna: in tabernaculo domini. Si quis autem dicat adhuc apud iudeos durare illa legalia. quia circumciduntur. et quedam huiuſmodi faciūt. non eſt verum. Ablata ſunt enim ex maxima parte. Non enim habent regem neq̄ʒ ſacerdotem. neq̄ʒ vnctionem. neq̄ʒ ephot. neq̄ʒ theraphin. Quedaʒ etiam illis manſerunt que celebrant. ne omnino ſine ſigno remanerent Sicut eniʒ poſuit deus ſignuʒ caim. vt nemo occideret eū. Erat enim fagus et profugus ſuper terraʒ. ⁊ tremebundus capite. ita manet iudeus cū ſigno circūciſionis et alijs hui⁹ modi ⁊ nōdū eſt occiſus. hn̄s ſignū ſuū Sed maledictus eſt caim a terra. que ex-

cepit ſanguinē fratris ſui quem ille effu
dit. vnde dominus dixit. Uox ſāguinis
fratris tui clamat ad me de terra id ē iu
deus maledictus eſt ab eccleſia que exce-
pit ſanguinē chriſti quem effudit iudeꝰ
et de hac terra clamat ille ſanguis ad de
um' dum quotidie in eccleſia pro homi
nis expiatōne deo offertur: ſʒ iudeus ꝗ
fuit ſurdus non audit ſpūaliter.' et hec
ſunt mirabilia dei et cogitatōnes quibꝰ
nemo eſt ſimilis. aures autem vel corpꝰ
Q. d. illa noluiſti: ſed corpꝰ ꝑfeciſti m.
'id eſt perfectū dediſti ſcʒ ſine peccato ꝓ
pter hoc illa noluit. vel aures ꝑfeciſti.
id eſt ꝑfecte meītelligere feciſti quid vel
les. Uel ſm aliā litterā: ſcʒ corpus auteʒ
aptaſti mihi. ita ponit apoſtolus in epi
ſtola ad hebreos id eſt corpus aptuʒ ad
offerendū mihi dediſti.

## Holocauſtū ꝓ peccato nō po ſtulaſti: tūc dixi ecce uenio.

Holocauſtum' Hic exponit prioreʒ ver
ſum. et dicit holocauſtū qd̄ prius ſacrifi
cium pro peccato: quod ſupra oblatio-
nem. et ſm hoc eſt vna dictio pro pecca-
to. ꝓprie tamen holocauſtum dicit̄: qd̄
totum comburebat̄. holos enī grece la-
tine totum cauma id eſt incendiū. īn ho
locauſtum id eſt totum incenſum ꝓ pec
cato: vt de hirco apopompeio id ē emiſ
ſario qui cum peccatis populi in deſer-
tum mittebatur. vel ita vt ſint due dicti
ones ꝓ peccato. et eſt holocauſtū et id ē
etiā ꝓ peccato' id ē quod pro peccato fi-
ebat: quod erat maius et dignius in le-
ge: vt de vitula rufa. non poſtulaſti: tūc
dixi. Q. quia hoc noluiſti et corpꝰ apta
ſti. tunc dixi. ecce ſtatim venio. Q. tem-
pus eſt vt veniant promiſſa. quia aufe-
runtur promittentia' Cum ergo ſacrifi-
cia ceſſant: conſtat chriſtum veniſſe. Ue-
nio dico.

## In capite libri ſcriptū ē d̄ me: ut facerem uoluntatē tuam de us meus uolui: et legem tuam in medio cordis mei.

Ut faciam voluntatem tuā: quia ita ſcri
ptum eſt d̄ me in capite huius libri pſal
morum ſcʒ. Uel ſic ſcriptum eſt de me id
eſt prefinitum in capite libri. id eſt apd̄
deum patrem qui ē caput mei dicit chri
ſtus qui ſū liber humani generis in quo
legere quiſqʒ debet id eſt qui ſum forma
iuſticie hominibus' Quid ſcriptuʒ eſt:
vt facereʒ voluntatem tuam om̄ino obe
diens me offerens. et o deus meꝰ ego vo
lui iſtud' hoc eſt quod in primo pſalmo
dicitur. ſed in lege domini voluntas eiꝰ
et legem tuā volui in medio cordis mei
id ē in plenitudine mei: et in eodem pſal
mo dicit. et in lege eius meditabitur die
ac nocte.

## Annunciaui iuſticiā tūam in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo: domine tu ſciſti.

Annunciaui iuſticiam tuam. Hec dicit
chriſtus in membris. id ē in perſona mē
brorum. Quaſi prius per me locutꝰ ſuʒ
poſt etiam in membris. Annunciaui ali
is iuſticiam eſſe tuam. id eſt' ꝙ a te eſt iu
ſticia. et hoc feci: in eccleſia magna. ſcili
cet que eſt in toto orbe terrarum: nō par
ua vt fuit prius. et ſi quidem inſurgʒ: ti
mor non prohibebit loqui. et hoc ē. Ec-
ce non prohibebo labia mea loqui. qua-
ſi non habeo in ſolo corde vt timore ta-
ceam.' hoc dicit contra timorem mun-
danū.m. Domine. Quaſi diceret. et ſine
ſimulatione etiam id agam. quia domi-
ne tu ſciſti cor meū' quia labia ſonāt ho
minibus: ſed tu domine noſti cor meuʒ
' hoc dicit ne in ſolis labijs eſſet annun-
ciatio. quia corde creditur ad iuſticiam
ore autem confeſſio fit ad ſalutem' et di-
cit hoc cōtra ſimulatōeʒ. vel ſic. non ꝓ-
hibebo. et o domīe tu ſciſti. i. tu es teſtiſ
ꝙ timor non prohibet loqui. vel ſic. nō
prohibebo. et hoc per te eſt. qꝛ tu dn̄e ſci
ſti. id ē ita predeſtinaſti futuꝝ. et ad hoc
nō ſum piger. Quia.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Juſticiam tuam non abſcon-di in corde meo ueritatem tuã ⁊ ſalutare tuum dixi.**

Non abſcõdi in corde meo. quando potui prodeſſe alijs. iuſticiam tuã vel meã ſi. fidem confeſſus ſum non celo timore. Quaſi ſatis ſit in corde tenere. et dicitur hoc: contra ſegnitiem carnis non abſcõdi. ſed veritatem tuam. i. ſaluationẽ tuã dixi. vel veritatem tuam et ſalutare tuũ ſi. chriſtuz dixi. i. predicaui nec propter multos conciliantes dimiſi. et hoc eſt.

**Non abſcondi miſericordiam tuam et ueritatem tuam a concilio multo.**

Non abſcondi miſericordiam tuaz. qua ipſe peccata dimittit. et veritatem tuam. qua ipſe retribuit premia. a concilio multo. i. propter multos conciliantes.

**Tu autem domine ne elonge facias miseratõnes tuas a me: miſericordia tua ⁊ ueritas tua ſemper ſuſceperunt me.**

Tu autem domine. Q. quia non celaui miſericordiam tuam et veritatem tuam ſed Tu domine ne elonge facias. ne ſint ſine effectu. miſeratões tuas a me ſi. i. noli remouere miſericordias tuas a ſaucijs membris. quia miſericordia tua et veritas tua ſemper. ſ. a primo iuſto. ſuſceperunt me. ne ergo ſit inane quod cepiſti. diſtingue quod ait. miſericordia et veritas. ſu. ſi. Miſericordia me ſuſcepit. quia non auderem conuerti. niſi ſecur⁹ eſſem de remiſſione. Q. d. bonus es. et iõ amo te. veritas ſuſcepit. quia nõ perſeuerarẽ niſi ſecurus ð premio. i. de promiſſione. Q. d. iuſtus es. et timeo te. et eſt ſenſus. Miſericordia tua et veritas. ſuſ. me. i. amor et timor perducunt me ad te. q. hec ſemper ſuſcipiunt. et aſpicio ſemper. et opus eſt.

**Quoniam circundederũt me mala quorum non eſt numer⁹, comprehenderũt me iniquitates mee et ñ potui ut uiderẽ.**

Quoniã circundederũt me mala. i. peccata quorum nõ eſt nu. apud homines quia ſunt peccata a nobis. et ab alienis. Quid ergo ſi ceſſet miſericordia. Uel circundederũt me mala. i. pene cõprehenderunt me ipſo actu. iniqui. m. ſi quibus preſſus oculus nõ poteſt videre. ſz mundato corde: videbit homo deum. vnde: ſequitur. et non potui facere. ſubaudis. vt viderẽ. Q. a deo comprehenderunt vt nec per conatũ poſſem te videre. Naz

**Multiplicate ſunt ſuper capillos capitis mei: et cor meum ðreliquit me.**

Multiplicate ſunt iniquitates mee ſuper capillos capitis mei. i. vt ſuperent eos qui ſunt capilli capitis. i. fideles qui in chriſto ſunt radicati. quem et bene viuendo orant. vel ad litteram compatiue dicitur. et eſt. Multiplicitate ſunt ſuper capillos ſi. i. inumerabiliter: Caue ergo ſi vitaſti grauia. vt adulteriuz homicidiũ ne obruaris arena minorum peccatorũ. Minima quidez videntur: ſed multa ſũt Heu autem in comparatõne delictoruz capilli dicti ſunt. Nam ideo ſacerdotes in veteri teſtamento radebantur. vt ſic carnis vicia depoſuiſſe videtur. Sequitur. cor meum. i. ratio. dereliquit me. q: pro futura non appetit. vel cor meum ðreliquit me ſi. i. cor meum non cognoſcat ſe. vt cum petrus dixit. non te negabo. Et nota ꝙ ait dereliquit. Non enim naturaliter fuit in homine hec cecitas. ſed per peccatum a primo parente ceci ſum⁹ qui in nos tranſfudit penam et culpam. ergo. O.

**Complaceat tibi domine ut eruas me: domĩe ad adiuuãduz me reſpice.**

Domine complaceat. id eſt communiter placeat trinitati. tibi vni deo. dicendo eniz tibi ſingulariter vnitatẽ eſſentie no

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tat dicendo complaceat trinitatem pſo-
narum. complaceat dico vt eruas me: a
malis. et nota ꝙ ait complaceat nõ dif-
fidens de potentia dei ſi adſit volũtas.
Q. ſi tu vis potes domĩe reſpice ad ad-
iuuandum ĩ boni coopatõne. Q. d. Re
ſpice penitentes in dolore ſuo. Reſpect⁹
autẽ dei auxiliũ noſtrũ eſt.

**Cõfundantur et reuerantur ſi mul: qui querunt animam me am ut auferant eam.**

Confun. et reuereant. Loqꝛ hic chriſtuſ
. Q. d. me reſpice. ecõtra aũt. Cõfũ. mira
biliũ operatione: et reuereantur ſimul.
reſurrectõnis gloria. et ita factum ẽ. Sa
uiſi enim ſunt cum poſuit animam: ſed
confuſi cum eam recepit: qui querunt a-
nimã meam non vt ea fruantur: ſed vt
auferant eam interficiendo me.

**Cõuertantur retrorſũ et reue reant: qui uolunt mihi mala.**

Conuertantur etiam retrorſum id ẽ hu
miles ſequantur qui ſuperbe preibant.
Hoc chriſtus de membris dicit ĩ bono.
et reuereantur non ſolum qui dicũt vel
faciunt: ſed qui volunt mihi mala. id
eſt qui cum bene dicunt tamen mala vo
lunt.

**Ferãt ꝯfeſti ꝯfuſionẽ ſuã: qui dicunt mihi euge euge.**

Ferant vt pondus immenſum confuſi
onem ſuam confeſtim ne diutius ingra
uetur malum eorum. qui dicunt mihi:
adulatorie euge euge id eſt qui applau-
dũt mihi quaſi bono animo. Nota duo
genera hoſtium vel hominũ: qui maxi-
me ſunt cauendi. Naꝫ et qui bona dicit
malo animo. vnde ſupra dixit: qui vo-
lunt mihi mala. et qui mala dicit dolo-
ſe laudando. vnde hic dicit. qui dicunt
mihi euge euge. vterqꝫ malus eſt et cauẽ
dus. Sequitur

**Exultẽt et letenẽ ſup te omneſ qrẽtes te ⁊ dicãt: ſẽp magnifi ceẽ dñs: q̃ diligũt ſalutare tuũ**

Exultent et letentur. Quaſi illi confun-
dantur econtra Exultent et letentur ſup
te fundati omnes querentes te ſcilicet ñ
me ſed in me te glorificantes. et dicant:
magnificetur dominus ſcilicet in mem-
bris ſuis qui in ſe grandeſcere non po-
teſt. hec eſt eorum exultatõ. hec eñ pro-
feſſio in eternum gaudentes effecit chri
ſtianos. magnificetur dico ſemper quia
ſi peccator eſt homo ad penitentiam vo
catur. ſi iuſtus ad coronam. nec quilibꝫ
hec dicant. ſed q̃ diligũt ſalutare tuum
id eſt me.

**Ego aũt mendic⁹ ſũ et pauper dominus ſolicitus eſt mei.**

Ego autem. Hoc dicit chriſtus de ſe ex
forma ſerui: ne quis gloriam predicte le
ticie ſibi arroget. Illi ita dicũt. Ego au-
tem cui dicebant euge. de me dico: ſcili-
cet ꝙ mendicus ſum ſecũdum ꝙ homo.
Mendicus eſt qui ab alio petit. et pau-
per qui ſibi nõ ſufficit: ſed dominus ſol
licitus eſt mei id eſt curam habet mei. vł
ita. Ego autem: vt de membris agatur.
Quaſi diceret. hoc dicunt de te: ſemper
magnificetur dominus ⁊c. de ſe autem
hec dicant. Ego autem mendicus ſum ⁊
pauper id eſt non eſt quod in me laude
tur ex me egenus ſum et pauper: vt pub
licanus qui non audebat oculos ad ce-
lum leuare: cum quo dico. propici⁹ eſto
mihi peccatori. non ſum diues: quia nõ
ſuperbus vt phariſeus: qui dicebat: nõ
ſum ſicut ceteri hominum ⁊c. ſed domi-
nus ſolicitus eſt mei.

**Adiutor meus et protector meus es tu: de⁹ me⁹ ne tarda- ueris.**

Adiutor meus et protector. Hic orat
totum corpus chriſti vnus mendicus
cũ chriſto et vn⁹ paup. q. d. ego ſũ paup
et o dñe Adiutor meus et pro. meus tu
es. Quaſi de hoc cõſtat. hoc vero quod
ſequiꝛ peto. deus meus ne tardaueris.
id ẽ fac ne diu ſim⁹ ĩ malꝭ ſꝫ cito fini. ma
xime tpe antichriſti qñ tãta erit tribula

tio. vt etiam ſi fieri poteſt. moueantur e
lecti. vnde: niſi breuiati fuiſſent dies il-
li: non ſaluaretur omnis caro. et tunc: e-
rit. ue. pregnantibus. et nutrientibus vl'
d̄ preſenti poteſt hoc accipi ſic. deus me
us ne tardaueris. modo nobis auxiliari
quia et modo eſt. ue pregnantibꝰ. i. cō-
cipientibus deſideria alienarum rerū. et
lactantibus. i. qui iam queſita nutriunt.

## In finem pſalmus dauid. Vel ſicut hieronymꝰ transfert In finē intellectus filiis chore

In finem pſalmus dauid. Vel
ſicut hieronymꝰ. tranſfert. In
finem intellectus filijs chore.
Chore ſicut legitur in libro numeri. cum
dathan. et abyron mouit ſeditionē ꝯtra
moyſen ⁊ aaron: vñ dathā ⁊ abyrō cum
oī familia ſua: viui abſorpti ſunt a tra.
Chore vō et cum eo. cc. l. viri qui turi-
bula acceperant: vt adolerent incenſum
in conſpectu domini diuino igne perēp
ti ſunt. quia officium aaron et filiorum
eius ſibi vſurparūt. fuerunt autem qui-
dam filiorum chore. qui patris nequici-
am nō ſunt imitati. vnde: ⁊ poſtea in mi
niſterium domus domini ſunt aſſump-
ti. et a domino eterno gaudio benedicti
propter quod etiam in titulo pſalmorū
ſepe fit mentio eorum. maxime tamē ꝓp
ter nomis interpretatōnez. ex qua ſpiri-
tualis intelligētia pſalmi accipit̄ vt hic
Chore enim interpretātur caluaria. qui
fuit locus dominice paſſiōis: vnde. per
caluariam chriſti paſſio intelligitur. filij
ergo caluarie ſunt: filij paſſiōis. filij cru
cis. qui in cruce domini noſtri ieſu chri-
ſti gloriantur cum apoſtolo dicente.
Mihi autem abſit gloriari. niſi. in cruce
domini noſtri ieſu chriſti. et his talibus
huius pſalmi intellectus attribuitur. q̄
credunt chriſtum. ⁊ ſi pauperem et mor
tuum eſſe. tamen verum deum. ⁊ hoc ē:
Intellectus pſalmi huius tendens in fi-
nem. i. in chriſtum attribuitur filijs cho
re. i. filijs crucis. Intentione monet
vt chriſtus. et ſi pauper. et paſſus. creda
tur tamen deus. Modus tripertitus eſt
pſalmus. Primo: propheta intelligentē
ſuper egenum ⁊ pauperem concelebrat
Secundo chriſtus de ſua paſſione agit.
que ſecundum egenum fuit ibi. Inimici
mei. ⁊c. Tercio agit d̄ reſurrectione que
eſt gloria egeni. ad confirmandaz ſpem
fidelium. ibi. Tu autem domine. Et no
tandum quia in hoc pſalmo vox eſt to-
tius chriſti. i. capitis et corporis. quaſi
vnius hominis. Quedam enim verba
huius pſalmi capiti conueniunt. quedā
membris. quedam ꝓphete. Prius enī
propheta loquitur in ſe. i. in ſua perſo-
na: poſtea inducit chriſtū loquentē. et in
membris et in ſe. In mēbris: ibi. ego di-
xi. in ſe: ibi. Inimici mei. ⁊c. Ait ergo ꝓ
pheta.

## Beatus qui intelligit ſup egenum et pauperez in die mala liberabit eum dominus.

Beatus qui intelligit. Q. d. irridetur q̄
pauperem mortuum colit. Sed beatus
eſt in eternis. qui intelligit chriſtum et ſi
videt eum egere. eſſe ſuper egenuz et pau
perem. quia et deus eſt. i. qui ſic credit
hominem. vt etiam intelligat eundez de
um eſſe potentem poteſt in hoc accipi d̄
membris chriſti. Intēdendum quippe
eſt. etiam ſuper egentes. vt eis detur. qd̄
ad eum pertinet. et hoc eſt: Beatus qui i
telligit ſup egenum et pauperem. Et no
ta quod non ait qui dat. ſed qui intel-
ligit. vt etiaz non petentibus detur. qui
enim petenti dat. bene quidem facit. qui
vero tacentē intelligit. beatꝰ ſine dubio
eſt. vnde: Beatus qui preoccupat vocez
petituri. in die. Exponit hic beatitudinē
in die mala. i. iudicij. liberabit eum dñs

## Dñs ꝯſeruet eū et viuificet eū ⁊ beatū faciat eū i terra: ⁊ nō tra dat eū in animā inimicoꝝ eius.

Dominus conſeruet eum. Bene optat
hic propheta intelligenti ſuper egenum
et pauperem quod eſt certa promiſ-

ſio. Q. in futuro liberabit: interi autem dominus conſeruet eum inter mala ſecli ne ab hoc intellectu cadat ſed i hoc manentē viuificet. vnde ſequitur. et viuificet eū i futura vita vl' hic p iuſtificatōz. Et ne putent ſibi tātū in futuro dari et hic negligi ſbdit. et beatū faciet eū in terra id ē in hac vita. et bn̄ in p̄nti et in futo bona pmittit quia pietas pmiſſionē habz vite que nūc eſt et future. et n̄ tradat eum i animā id eſt i volūtatē et ſi i man⁹ inimicoꝝ eius id ē diaboli et miniſtroꝝ eius

**Dominus opem ferat illi ſup lectū doloris eius: vniuerſum ſtratū eius uerſaſti i ifirmitate eius.**

Dn̄s opē ferat. Ne putas beatū hic habere requiē: dolores ei mitigari precatur ne hois ifirmitas duris ſuperet. Q. d. nō tradat eū ſz poti⁹. Do. o. fe. il. ſr le. do. e. q. lectus qetis ſūt ei iſta bōa tpalia: ſed de⁹ facit hec dolorib⁹ plena ne i eis ſpes hēat. et iō hic dicit ſup le. do. ei⁹. Cur ergo opē deo ferēte tāta patimur? ꝯuertēs iſte ſermonē ad deū exponit ꝯſiliū medicine eius dicēs vniuerſū ſtra. Q. bn̄dixi lectū doloris. q2 vni. ſtratū eius homis id ē mūdanā felicitatē ver. i ifir. e. i. pui de cōuertiſti o de⁹ i anguſtias ei⁹. Stratū eīm ē aliqd terrenū qd i infirm⁹ licz bonus ſibi eligit i quo pauſet vt vxor filij ꝛ c. licita cū laborē mentis i deū extenſe. nō poſſit tolerare aſſidue ſed de⁹ volēs nos nō habere amorē niſi etne vite his delectatōibus miſcet amara: et vtit i ifirmitatē noſtrā ne i via q̄ pegrinamur a dn̄o ſtabulū vbi ſamaritan⁹ mādat vulneratū curādū q̄ icidit i latrōes amem⁹ p domo eterne hitatōis his aūt trepidus iſte miaz petit. q2 qui ſe peccaſſe ſciebat is iure tradi timebat. Unde ſbdit.

**Ego dixi dn̄e miſerere mei: ſana aiam meā q2 peccaui tibi.**

Ego dixi. Nota q2 verſiculus iſte cantat i tercia: quia fide et opatōe trinitatis ſanat anima a peccato. Q. d: vſaſti. ſz ego ſciens me peccaſſe dixi domie miſe. mei. hoc dicit chriſtus caput i mēbris meis ita ſana p flagella animā meā. quoniaz nullo mō excuſo peccatū ſed accuſo dicens. q2 peccaui tibi. Non accuſo fortunam non dico: hoc mihi facit fatū. non dico adulteꝛ me facit venus. et latronē mars: et auarum ſaturnus. Sz ne famuli dei his afflicti iō videantur a deo deſerti cum ipſe dominus talia pertulerit vnde dicit. Inimici mei dixerunt. et dicit hoc chriſtus i ſe. Uel aliter ab illo loco. Dominus opem ferat illi. et dicit lectus doloris caro in qua peccatum eſt. in quo pius gemit tanquā palyticus in lecto: impius gaudet et eſt: nō tradat: ſz potius ſuper lectū doloris eius id eſt ſup infirmitatē carnis que grauat aiam dn̄s opē ferat illi vt q̄i ſanat⁹ palyticus portz lectū ipando carni nō ſeruiēdo: ſz vnde doloꝝ: q2 vniuer. ſtratū eius. vniuerſum ſtratū dicit vegetationem et ſenſualitatem que in paradiſo erat ſbiecta ratōni. et lectus leticie et qetis: ſed ppt peccatū verſauit deus p cōtraria: vt modo ipugnet et dolores inferat. et hoc eſt verſaſti ſtratum eius vniuerſum id ē ſenſualitatem ratōni repugnare permiſiſti et hoc in infirmitate eius hominis. id ē. quādo adam infirmatus eſt preuaricādo. Sciens autem homo ſe pati hec propter peccatuz conuertat ſe et dicat. Ego dixi doim. mi. m. ſa. a. m. q2 peccaui tibi

**Inimici mei dixerunt mala mihi: quando morietur et peribit nomen eius.**

Inimici mei. Scda pars vbi deus ipſe agit de paſſione ſua que ſm egenum fuit. Quaſi diceret. beatus q̄ intelligit ſup egenum et pauperem: ſed inimici mei q̄n do viderunt populum poſt ieſum ire: di. ma. i. falſa m. hoc. ſ. q̄n morietur. ꝛ hoc dicunt. q2 tedioſus erat eis et grauis ad videndū. timebāt etiā ne ipſi perderent locum et gentem. et pibit nomen ei⁹: vt non ſit de eo fama. et nota ꝙ dicūt morietur et pi. nomē ei⁹ q2 videntes eum mo-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ri. ſcient ſe in eo falſo ſperaſſe populi. vt
illi mali dicunt. Hec ſpecialiter dicta ſũt
de chriſto. ſed et de membris dici poſſũt
Nam et hodie fit tribulatio. vt nomen
chriſti extinguatur: ſed per mortem ſuaʒ
et ſuorun magnificauit eccleſia. Unde:
Niſi granum frumenti. ca. in. ter. mor.
ſu. ip. ſo. manet. Si auteʒ. mor. fu. mul.
fruc. affert. et alibi. Singulariter ſum e-
go donec tranſeam.

**Et ſi ingrediebatur ut uideret uana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem ſibi.**

Et ſi ingrediebat. Q. d. ñ ſolũ aperti ini-
mici. ſed etiam qui ſimulabant ſe amicoſ
eſſe dixerunt mala. ⁊ hoc ẽ. Et ſi ingredi
ebatur aliquis vt iudas. qd erat. vt vi-
deret. i. exploraret. ſic et de ſubintrodu-
ctis falſis fratribus ait apoſtolus. Qui
ſubintroierunt explorare libertatem no
ſtraʒ. vana. i. ficta. loquebatur et cor eiꝰ
congregauit iniquitatem. pans calum
niam. qꝫ ibi deberet deponere. et hoc. ſi-
bi. i. ad malũ ſuũ. qr ſibi nocet. mihi ñ.

**Et egrediebatur foras. et loquebatur in idipſum.**

Et quia intrauit: vt videret: egrediеba-
tur a ſinu veritatis. vel de amicicia quã
ſimulabat foras. i. ad contrarios. vel vt
fieret apertus inimicus. Ecce malus eſt
ingreſſus. ⁊ malus egreſſus. et loquebat
in idipſum. i. vanitatis. i. falſa et vana.

**Aduerſum me ſuſurrabãt omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi.**

Aduerſum me. Quaſi. d. non modo in-
gredientes. ſed omnes inimici mei cum
ſoleant pauci eſſe auctores ſcelerum. ad-
uerſum me ſuſurrabant. in auribus in-
uicem murmurando. Non enim audẽt
conſilia detegere. qui ſocij ſunt in ſcele.
Uel ita diſtingue litteraʒ. Egrediebatur
foras et loquebatur. Hic diſtingue. nec
mutatur ſenſus. ſequitur. in idipſum. i.
vno conſilio: omnes inimici mei aduer-
ſum me ſuſurrabant. et aduerſũ me. co.
ma. mihi. Si quis amplius alio inueni-
ret. Male dico mihi. ſecundum quod i
tendunt. cum potius ſibi mala eſſent: tã
dem: Sequitur:

**Uerbum iniquuʒ conſtituerũt aduerſum me: nũquid qui dormit non adijciet ut reſurgat.**

Uerbum iniquum aduerſuʒ me. ſcilicꝫ
expedit vt vnus moriatur pro populo.
et ſi eum dimittis: non es amicus ceſa-
ris. Iſti ſunt mali coloni. qui occiſis ſer
uis: deliberant occidere filium patrisfa-
milias dicentes. Occidamus eum. et ha
bebimꝰ eius hereditatem. ipſi ita. ſed nũ
quid. qui habet poteſtatem ponendi ani
mam: nonne habet: et reſumendi eam: ⁊
hoc eſt. nunquid qui dormit: non q̃ mor
tuus eſt neceſſitate: vel inuitus: vt puta
tis: ſed ſponte dormit: cito vigilaturus
non adijciet vt reſurgat: Et nota qd ait
dormit. quia ſicut de latere dormientis
ade qui erat forma futuri. aſſumpta eſt
coſta. de qua formata eſt eua. ita dormi-
uit chriſtus ſomno mortis. vt de latere
dormientis. de quo perfluxerunt ſang-
uis et aqua. que ſunt noſtre redemptio-
nis ſacramenta. formetur ei ſponſa eccle
ſia. Sequitur:

**Et enim homo pacis mee i quo ſpaui: qui edebat panes meos magnificauit ſuper me ſupplãtationem.**

Et enim homo. Quaſi. d. et vnde dormi
tio illa: ex traditore. Et enim homo. vel
ita iunge. verbum iniquum conſtitue-
runt. quia etiaʒ homo. qui intingit. ma.
mecum in parapſide. per quem eis illa
opportũitas dat crucifigendi me. et hoc
eſt. Et enĩ homo pacis mee. ſcilicꝫ iudas
Ecce prophetia de oſculo: quo tradidit
eũ in quo ſpaui. vt viſũ ẽ. vel in quo ſpa

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ni.ſm qͦ merueram.vl in quo ſperaui
in membrisʳ.quia alij fratres ſperabāt
in ipſū aliq̄.quia talis videbaṫ vt cete-
ri.ſic et eſurire in paupibus dicit chri-
ſtus ſe.qui ede.pa.m.ʳ Ecce ꝓpheta de
buccella.q̄ eū dominus deſignauit.vel
ede.pa.ᵉ.i.doctrinā cū alijs magnifica.
.i.magnificā fecit ſup me ſupplan.i.de-
ceptionē.Uel ſm aliā litteraꝫ.āpliauit
ſup.m.calcaneū.i.erexit pedē:vt me cō-
culcaret.

**Tu aūt domine miſerere mei ꝛ reſuſcita me ꝛ retribuā eiſ.**

Tu āt domineʳ.Tercia ps vbi agit ꝺ re
ſurrectione.que ē gloria egeni:ad ꝯfir-
mandā ſpem fideliū.Q.illi ita:Tu aūt
dn̄e miſerere mei.q꞉ ſū egenus ꝛ paupeꝛ
Nō.q꞉ chriſt⁹ vt homo petit.qui vt de⁹
facit:qͦ petit.miſerere.et in hoc.ſ.reſu
ſcita.m.ꝛ retri.eis.in pn̄ti:vt diſpgāṫ.
in futuro:vt damnenṫʳ.Qͦ eniꝫ diſp ſi
ſūt p mundū ad emendationē vel āmo-
nitionē ē.nō duꝫ ad damnationē.Qͦ
vere facies.

**In hoc cognoui quoniam uo luiſti me:quoniāꝫ non gaude bit inimicus meus ſup me.**

In hoc eni cognoui.q.vo.m.i.qͦ ſepeꝛ
placui tibi.cog.qm̄ nō gau.ini.m.ſ.m.
.i.ꝙ me reſuſcitabis.vn̄ nō gaudebūtʳ
Gauiſi ſūt eni de morte.ſꝫ erubuerūt de
reſurrectione.Uel ita.In hoc qm̄ n̄ gau
debit.ini.m.ſ.m.i.qm̄ reſuſcitas me.co
gnoui qm̄ vol.m.i.diligis me.In hoc e
nim qͦ reſuſcitat:apparet patris dilec-
tio.

**Me autem propter innocenti am meam ſuſcepiſti: ꝛ confir maſti me in conſpectu tuo in eternum.**

Me āt ꝓpter inno.ʳ.Hic affirmat quod
orauit:Me āt ꝓpteꝛ inno.m.i.quia ſine
peccato ſū.ſuſce.m.in reſurrectiōe.ꝛ cō
fir.m.gloria impaſſibilitatis.ꝛ īmorta-
litatis.vn̄ diciṫ.mors illi vltra nō dn̄a
biṫ.cōfirmaſti etiā dādo nomē qͦ ē ſup
omne nomen.confirmaſti dico:in ꝯſpec
tu tuo in eternumʳ.In conſpectu homi
num.ꝛ ad tempus:me infirmaſti prius

**Benedictus dominus deus iſ rael:a ſeculo ꝛ i ſeculū fiat fiat**

Benedictus dominusᵉ.Hic eſt laudati-
ua concluſio.expoſita paſſione et reſur
rectione.Quaſi diceret.ſuſcepiſti.cōfir
maſti.Undͦ:lauſ tibi.ꝛ hoc eſt.Benedic
tus ſit dominus cui debetuꝛ dulia.de⁹
cui debetur latria.deus dico iſrael.id ē
videntium ſe.qui nō ſunt iudeiʳ.ſꝫ noſ
qui ſum⁹ minor filius.id eſt minor po-
pulus.non fide.ſed tempore.cui ſeruit
maioꝛ ſcilicet populus iudaicus maioꝛ
temporeʳ.Judei eni ſunt capſarij no-
ſtri.qui nobis codices portant.Noſ au
tem iſrael.Aliter putaſſent pagani ficta
que dicuntur de chriſto.et eccleſia.ſed
vincuntuꝛ teſtimonino inimicorum.be
nedictus dico a ſeculo ꝛ in ſeculumᵉ.i.
ex quo omnia cepta ſunt amminiſtrari.
vſqꝫ in ſeculum futurum.vbi iam om-
nia eterna ſūt.fiat.fiat.Geminatio iſta
oſtendit hoc ab omnibus eſſe faciēdū.
Pro fiat fiat in hebreo ſcribitur ameu a
men.quod aquila vere vere.vel fideliṫ
tranſtulit.Hic dicit hieronimus:pͥmuꝫ
librum pſalterij finiri. XXXXI.

**In finem intellectus:uel in in tellectu filiis chore.**

In finē intellectus.vel in intellectu fi
lijs chore.Chore ſicut ſupra diximus
caluaria interpretatur.qui fuit loc⁹ do
minice paſſiōis.q̄ i caluaria fcā ēʳ.Filij
ergo chore.ſt filij calui.i.chriſti.i caluo
helyſeo preſignati.Dū eni helyſe⁹ aſcē-
dēt ꝺ hiericho i bethel.egreſſi ſt ꝺ bethel
xl.duo pueri irridētes helyſeū et dicēteſ
aſcēde calue.aſcēde calue.Tūc iuſſit he
lyſeus duos vrſos exire de ſaltu.a qui-
bus pueri iterfecti ſt.ita ꝛ xpus cū aſcē
deret in bethel.id eſt cum carne aſſump
ta veniret.ad ſynagogam que prius e-
rat domus deiʳ que ſonat bethel.irri-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſus eſt a paruulis. aſcende calue clamã
tibus. i. a iudeis puerili fatuitate clamã
tibus tolle tolle crucifige euꝫ. qui deuo-
rant a duobus vrſis. i. a diabolo et an-
gelis eius. Uel a Tyto et Ueſpaſiano.
quos deus ad deſtructioneꝫ iudeoꝝ mi-
ſit. xlij. anno poſt Chriſti reſurrectioné.
ſicut illi pueri. xlij. fuerunt a duabus be
ſtijs deuorati. Filij ergo Chore ſũt qui
tropheũ Chriſti. i. ſignũ crucis in fronte
cordis et corꝑis ſuſceperunt. quibus at
tribuit pſalmus iſte. Et eſt ſenſus tituli.
Intellectus huius pſalmi dirigens nos
in finé. i. in Chriſtũ ꝯuenit filijs Chore. i.
crucis que in caluaria fuit. Uel ſm aliaꝫ
lrãm. Que eſt in intellectu et ſubaudit
pſalmus: ita. Pſalm' iſte dirigens nos
in fineꝫ ꝯuenit eſſe filijs Chore. i. Chriſti.
in intellectu. i. vt ſpũaliter intelligant.
Conuenit eñ hic pſalmus omni chriſti
ano. qui flamma diuine charitatis accé
dit. De qua re. i. ð charitate dei hic pſal-
mus ꝑmus eſt. Secunt aũt alij duo ſcꝫ
lxxxiij. et. cxxxij. et eſt pſalmus iſte ꝯtra
triſticias ſeculi ne nos a deo retrahant.
vbi eſt vox fidelis deuꝫ deſiderantis qui
degerat in vicijs. et ad fontem baptiſmi
tendit. Uel qui exhauſtis vicijs ad ꝯtem
plationé dei aſcendit. qui exquiſito cer-
ui exemplo deſideriũ ſuũ oñdit cui obui
at maloꝝ inſultatio. Sed ne triſtia ſecu
li animũ in deſperationé traheret. vel te
diũ poſtea ꝯſolat animã ſuã. Intent.
monet ne ſeculi triſticie quenꝗꝫ retrahãt
a ſancto deſiderio. Modus. Biptitus eſt
pſalmus. Primo: omne deſideriũ hui'
fidelis dicit eſſe ad deũ. Secundo agit ð
ꝯturbationibus ꝯtra quas ratio ꝯfortat
ſenſualitatem ſpe dei. ibi. Quare triſtis
es ꝛc. Oſtendens ergo deſideriũ ſuũ ait

Quemadmodum deſi-
derat ceruus ad fon-
tes aquarum: ita deſi-
derat anima mea ad te deus.

Quemadmodũ deſiderat. et ꝯuenit hec
vox cathecuminis et etiã omnibus fide-
libus adhuc peregrinantibus. Queád



modũ deſiderat cer. Ecce exquiſita cerui
ſimilitudo. Nam cum ſm multas alias
proprietates ceruus fideli ꝯferatur. ob
hanc velut excellentioreꝫ et expreſſiorem
hic in compationem adducit. Ceruus ci
ſenio grauatus excreſcentibus pilis atqꝫ
cornibus ſerpenté naribus haurit. quo
hauſto veneno eſtuat. vnde fonté ad bi-
bendũ ardentiſſime deſiderat: quo hau-
ſto cornua et pilos deponit. quod fide
li recte ꝯuenit et cathecumino et ꝑfecto.
ſed diuerſo modo. Cathecumino enim
hec de ceruo ita adaptatur ſimilitudo.
Quia ſicut ceruus tracto ſerpente eſtu-
ans fontem querit vt eſtum extinguat:
ita cathecuminus veneno vicioꝝ a terra
ꝯtractoꝝ ſe eſtuare agnoſcens: fonté ba-
ptiſmi deſiderat. vbi vicioꝝ pilos atqꝫ
cornua ſuperbie deponit. et ſic reuiue-
ſcit factus nouus homo. Perfecto auté
hoc modo ꝯuenit: quia ſicut ceruus tra
hit ſerpentem et tractum perimit. quo ꝑ
empto fontem cauſa bibendi querit. ita
fidelis ꝯſumptis in ſe vicijs et peccatis:
fontem ꝯtemplationis deſiderat vt refi-
ciatur. vterqꝫ tñ et cathecuminus et per
fectus ad eundé tendit fontem ſcꝫ Chri-
ſtum qui eſt fons aquarum viuentiũ. Et
hoc eſt. Quemadmodum cer. tracto ſer-
pente. deſide. venire ad fontes aquarũ.
vt reuiuiſcat. ita deſi. ani. mea ad te de-
us. dicit cathecuminus. Uel ita vt perfe
cto ꝯueniat. Quemadmo. cer. peremp-
to ſerpente. deſide. venire ad fontes aq̃-
rum ita ꝯſumptis vicijs deſi. ardenti de
ſiderio amplius ꝗꝫ ante. ani. mea venire
ad te deus. Nota ꝙ hic agit de cathe-
cuminis fonté baptiſmi petentibus. idõ
hic pſal. in ſabbato paſche ꝛ pentecoſtes
cantat cũ ſacrm̃ baptiſmi celebrat. Quia
vero etiã de ꝑfectis deũ videre cupienti
bus agit. idõ in exequijs mortuoꝝ cantat
Quod eñ añ deſiderauerant tunc hñt.

Sitiuit aĩa mea ad deũ fonteꝫ
viuũ: qñ veniã ꝛ apparebo añ
facié dei.

Sitiuit anima mea. Hic de-
terminat deſiderium ſuum quia poterat
deſiderare fonté itelligi cã bibédi vel la-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

uandi. ⁊ oſtende. quia maxime cauſa bi
bendi fontē deſiderat. Quaſi diceret de
ſiderat anima mea ad te. Sitiuit inquā
⁊ olim. non modo primum anima mea
ad deum fontem. vel fortē. i. chriſtū
qui eſt fons aquarum irriguus. vñ om
nia bona fluunt. viuū. non ad mortua
ſimulachra gentium. ⁊ quid ſitiuit? vēi
re. et apparere. et hoc ē quādo veniam
Quaſi diceret. Cupio diſſolui. quia ſi-
tio in peregrinatione. ſitio in curſu. ſa-
tiabor in aduentu. ſed quando veniā.
Hoc ideo ait. quia quod citius eſt deo: tar-
duz ē hominis deſiderio. et apparebo:
quia et tunc: et nos apparebimus. qui
modo latemus. ante faciem dei. quia tunc
videbimus eum ſicuti eſt. Talis āt cer-
uus dū currit patit̄ īſultātes. vñ ſequit̄

**Fuerunt mihi lachryme mee**
**panes die ac nocte dū dicitur**
**mihi quotidie: ubi ē deuſ tuuſ**

Fuerūt mihi. Quaſi diceret. In futuro
apparebo. in via autem. fuerunt mihi
lachryme mee die. id eſt in proſperis. q̄
iſte deſpicit. ac nocte. id eſt in aduerſis
⁊ he lachryme non fuerunt mihi ama-
ritudo. vel peremptio. ſed panes. id eſt
refectio. quia afflictionib⁹ erudit̄ chri-
ſtianus. Cauſa vero harum lachryma-
rum eſt inſultatio iugis prauoruz. Vñ
ſequitur. dum dicitur. Quaſi mihi ſint
lachryme. dū. i. quia dr̄ mihi quotidie.
cū eorū de⁹ digito oſtēdit̄. vbi ē de⁹ tu⁹:

**Hec recordatuſ ſum ⁊ effu-**
**di in me animam meam: qm̄**
**trāſibo i locū tabernaculi ad**
**mirabiliſ uſqz ad domum dei**

Hec recor. vel meditatus ſū. Q. d. ipſi
querūt vbi ē deuſ tuus. ⁊ dū hec querūt
ego etiā ſū meditat⁹ p̄ oīa viſibilia hec.
ſ. vbi ē deus meus. Q. p̄ viſibilia mū-
di. p̄ feneſtras ſenſuuz colluſtraui. vt p̄
ea inuiſibilē creatorē cognoſcerē. ⁊ non
tm̄ p̄ illa viſibilia. ſed etiā p̄ ipſaz aīaz
meā queſiui deum. vt per ea. ſ. exteriora
⁊ animā meā. inuiſibilia dei inueniā. et
hoc eſt. et effudi. ā. m. i. ad attingendū
et intelligenduz deū dilataui animā me
am. quia relictis illis exterioribus iſtru
mentis ſenſuū corporaliū ſbiacentibus
ad ſe ipſū redit animus meus. ⁊ cepit ſe
contēplari. vt videat ſe: in ſe. vt nouerit
ſe apud ſe. vt intelligat an aliquid tale ſit
deus ipſius. Ecce intellectus tituli. Sz
quia nec in exteriorib⁹. nec in anima de-
um inuenit: quia hec uariabilia inua-
riabilis deuſ excedit. addit. ſup me. Q.
dilataui aīaz meā ad intelligēduz ſup ſe
ipſā. Si eni aīa i ſe maneret. ſe n̄ excedēſ
deū non videret qui vltra eſt. Sz q̄liter
hoc feci? qm̄ hoc modo tranſibo. vel in
grediar in lo. tab. admira. vſqz ad do.
dei. Tabernaculum dei in terra. fideleſ
ſunt. in quibus iſte iam multa miratur
ſcilicet quod in corpore. non regnet pecca-
tum. ſed eſt arma iuſticie. ⁊ quod anima o-
bedit deo. et tolerat aſpera. ⁊ tendit i al
tum. ⁊ huiuſmodi. Tranſit hec etiaz. ⁊
peruenit mente vſqz ad domum dei. ce-
leſtem. ⁊ ſtupet. ⁊ hoc eſt. ideo effudi a-
nimam meam quoniam. Hoc modo trā
ſibo. vel ingrediar. per colluſtrationem
⁊ contemplationem in locum taberna-
culi admirabilis. id eſt in preſentez ec-
cleſiam. que eſt quedam imago ⁊ ſpecieſ
future hieruſalem. que dum videt̄: am-
plius illa deſideratur. ⁊ amplius i iſta
gemit. ideo dicit ingrediar in locū taber
naculi. quia extra locū tabernaculi hu
ius: aliquid querens deum errat. ego
dico perueniens mente. vſqz ad domum
dei. non capt⁹ deſiderijs ſeculi. Quo-
mō ad ſecretū domus peruenis?

**In uoce exultatiōiſ ⁊ cōfeſſiōiſ**
**ſonus epulātis.**

In voce exul. De e
tēna eniz feſtiuitate. ſonat neſcio. Quid
canorū. ⁊ dulce cordi eius. vñ rapiat̄ ſi-
cut ceru⁹ ad fōtes aq̄rū. ⁊ mulcet̄. ſequit̄
⁊ cōfeſſiōis. i. laudis etne. Que ab āgelis
deo decantatur. vnde ſonat ei mira ſua
uitas. ⁊ dr̄ hoc a ſiīi feſta colētiū. quib⁹
mos erat añ domos ſymphoias cōſtitue
re dico i voce exul. ⁊ cōfeſ. ſo. ep. i. ſonā-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tium epulantium.i.de eterna refectione gaudentium. Uel que ꝯfeſſio eſt ſonus epulantis. Non mutat̃ ſenſus. ¶ Aliter ab illo loco. Hec recordatus ſum. Q.d. ita mihi improperant. ⁊ hec improperia recordatus ſum. et effudi animã meã.i. letatus ſuꝫ pre gaudio liquefacta eſt anima mea. et hoc in me nõ extra geſtit. ſed in ſe compuncta reuertit̃. Compunctõ eñ alia eſt letitie alia doloris. Quare ita gaudebã: qm̃ tran. ad lo. taber. ãmi. uſqꝫ ad domum dei.i. quia cogito. quod ⁊ ſi deũ modo nõ viſibiliter videã: tñ ꝑ eccleſiam in qua ſunt ſancti ãmirabiles ad hierl'm celeſtem ꝑueniam: Ego dico exiſtens in voce exul. et ꝯfeſſi. ſo. epu.i. captus ſuauitate laudis angelice que iam ſuſcipit̃ mente.

## Quare triſtis es anima mea: et quare conturbas me:

Quare triſtis es ani. mea. Secunda ꝑs vbi agit de ꝯturbationibus ꝯtra quas ratio ꝯfortat animam ſenſualẽ ſpe dei. Q.d. tranſiui huc uſqꝫ ad domũ dei. ſed quia ꝑſtrepit mũdus et caro grauat animã compans hec triſtia ill' iocundis ait. Quare triſtis es: Uel ita ꝯtinua: quia tranſiui vſqꝫ ad domũ. ergo o anima mea cũ iocunda vide as. cũ de deo nõ dubites quẽ preſentis Quare triſtis es: et quare ꝯtur. me rõnẽ: Q. ſi inueſtigas nil eſt in mundo quare hoc debeas.

## Spera in deo quoniaꝫ adhuc confitebor illi: ſalutare uultus mei et deus meus.

Spera in deo. Q. ne dicat anima ideo ꝯturbo te: qꝛ ibi nõ ſum. quo: ꝑ tranſitũ rapta ſum. qꝛ et hic grauor. inquit potius. Spera interim in deo. Ecce ſalutare remediũ. ſpera qm̃ adhuc ⁊ ſi modo nõ plene tñ in futuro ꝯfite.i. iure. nondũ eñ ex omni parte ſum saluus ſed ꝯfitebor in ſpe. Quid: ꝙ ipſe eſt ſalutare ⁊c. Uel ita. Spera et ſperare potes. qm̃ adhuc in preſenti ꝯfibor illi.i. de peccatis penitentiam agam vt tibi non obſiſtam. illi inquã ꝯfitebor qui eſt ſalu a quo ſcꝫ non a me eſt ſalus mihi. Salutare dico vul. mei.i. ex forma noſtra quã aſſumpſit qui eſt etiã deus meus.i. creator meus.

## Ad meipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra iordanis et hermonium a monte modico.

bes. ſed etiā Myrra et gutta et caſſia. ſpi
rabūt a veſtimentis tuis. boni odores
virtutum his aromatibus ſignantur.
Unde apoſtolus ait. Chriſti bonꝰ odor
ſumus. qui odores bene adhibent nup-
tiali gaudio. vt in nuptijs ſolet fieri. Eſt
autem gutta que et amoniaca dicit. Caſ
ſia que et fiſtula dicitur per que ſignifi-
catur diuerſa virtutū odoramēta. Myr-
ra. que eſt amara ſpecies. vermes arcens
eſt carnis amaritudo. que pellit vermes
maloruȝ deſideriorū ⁊ male conſcientie
et ſeruat a putredine viciorū. Gutta pel
lit omnes inflaturas ⁊ tumores. i. humi
litas que curat duricias cordiū. Caſſia i
aquoſis locis naſcit ⁊ creſcit in immēſū ⁊
reddit odorē. hec eſt fides que ꝑ baptiſ-
mū creſcit. veſtis autem chriſti a qua hec
fluūt. eccleſia eſt quā chriſtus ſanguine
abluit a macula extendit in cruce a ruga
duplicitatis. et eſt ſenſus Myrra. ſ. car-
nis mortificatio. et gutta ſcilicȝ hūilitas
et caſſia. ſ. fides ſpirabunt alijs ꝑ bonuȝ
exemplum a veſt. t. i. a ſcīs tuis ab eccl'ia
tua. a domibꝰ coſdeȝ dicit domos quos
antea dixerat veſtimenta. ſ. ſanctos. qui
tū ꝓpter aliud veſtimēta ꝓpt̄ aliud do
mꝰ dñr que ipſe ſūt eburnee. veſtimenta
xp̄i dñr q2 ornāt ipſū vita et doctna. do
mꝰ q2 ni eis habitat chriſtꝰ Eburnee: q2 ip
ſi ſunt caſti vt elephas a quibuſdam ca-

ſtū animal dicit᷑. Ebur etiā frigide natu
re eſt: idō ī ebore caſtitas figurat᷑: et ſicut
ebur prius obſcurū limis et ſerris et ſcu-
pulis lucidū fit: ita et ſācti ꝑ ſectōnes et
attritōes diuerſoꝝ ſupplicioꝝ elimati:
virtutū varietate fiūt lucidi. et hoc ē. di
co a veſtimentis tuis ſpirabūt hec ſcȝ a
domib᷒ id eſt a cordibus ſāctoꝝ ī q̄bus
habitat deus. eburneis ꝓpter caſtitatē:
vel virtutū decorem. Aliter ab illo loco
Myrra et gutta et accipit᷑ veſtis corpus
chriſti qua celat᷑ deitas. Ab hoc ei venit
myrra: qꝛ mortu᷒ ē ꝓ oīb᷒ hoīb᷒. Gutta
fluxit: qꝛ duriciā cordiū ſua predicatōe
ſoluit. Caſſia ꝓdiit id ē redēptio ꝑ aq̄m
baptiſmi et hoc ē Myrra et gutta ⁊ caſſia
ſpirabūt a veſti. t. i. a corpe chriſti quo
q̄i veſte celat᷑ dītas ⁊ ñ tm̄ a corpe chriſti
hec veniūt ſȝ etiā a domib᷒ ebur. i. a ſcis
hic nō mutat᷑ ſenſus. his odorib᷒ filie re
gū terrenoꝝ allecte chriſtū ſequūt᷑ p᷒poſi
to honore patꝝ. et hoc eſt a veſtimētis t.
ſpirāt hec odoramēta ex quibus odora
mētis virtutū dele. te id eſt delectabilē te
habuerūt filie regū terrenoꝝ ad litteraȝ
et hoc in honore tuo ſcȝ nō curantes ho
norē patꝝ ſed chriſti vl' reges dicit apo
ſtolos qui ſe et alios in virtutib᷒ regūt
quoꝝ filie ſūt omnes ꝑ eos in fide geni-
ti: quos in honore chriſti nō ī ſuo genu
erunt. A chriſto ei chriſtiani nō a petro
petrini vel a paulo paulini dicūtur: et ē
hoc tractū a veti lege. In lege eñ ſcꝑtuȝ
eſt Si mortu᷒ fuerit frater ſine ſemie: ac
cipiat vxorē frat᷑ eius vel alius ꝓpiqui-
or de cognatōe: vt ſuſcitet ſemē non ſibi
ſed fratri ſuo. et habeat natus nomē de-
functi. hoc ſpūalit᷑ chriſto cōpetit qui ē
prim᷒ frat᷑ et ꝓmogenitus ī multis frīb᷒
qui ꝑ ꝓphetā dicit. Nar. no. tuū frībus
me. et ī euāgelio. Uade et dic frīb᷒ meis:
qui mortu᷒ ē ſine ſemie. qꝛ pendēs ī cru-
ce vix vnū latronē ſolū cōmedit. vñ ait
ſingularit᷑ ſū ego donec tranſeā. Et alibi
tota die expandi manus meas: ad popu
lū nō credentē et ꝯtradicentē mihi. ſȝ ſu
ſcitat᷑ ei ſemen a frē qui accipit vxorē ei᷒
id ē ab apoſtolis q̄ ſponſā chriſti ſcȝ ec-
cleſiā chriſti regendā ſuſcipiunt: qui nō
ſunt ſponſi: ſed amici ſponſi. Qui ei ha-
bet ſponſā ſponſus eſt: quorum predica
tōne gentiū multitudo intrauit ad chri
ſtum. et habet natus nomen defuncti: id
eſt conuerſi ad fidem habent nomē chri
ſti crucifixi: a quo chriſtiani dicūtur. et
hoc eſt. ex quib᷒ ſcȝ odoramētis delecta-
uerūt te filie regū. ſcȝ apoſtoloꝝ. filie di-
co tamē ī honore tuo qui es primus fra
ter: a quo nomē habent: cuius gloriam
querunt.

**Aſtitit regina a dextris tuis ī ueſtitu deaurato: circūdata ua rietate.**

Aſtitit regina. Hic ab vxore commēdat
ſponſū. Quaſi diceret. tu talis es et ſpō-
ſa talis. Aſtitit etiam non timore curua.
ſed ſpe erecta regina que ſub rege regit.
ſcilicet ſponſa eccleſia: a dextris tuis id
eſt in eternis ſpe. Que autem a ſiniſtris
eſt vbi erunt hedi: non eſt regina ſed an
cilla: que de domo eiicitur cuȝ filio ſuo
quando dicetur. Ite maledicti in igneȝ
eternum. Regine autem dicetur. Uenite
benedicti patris mei ꝑcipite ⁊c. Aſtitit
dico in veſtitu deaurato id eſt in doct-
na ſapientie. circuudata varietate id eſt
omnibus linguis variata: tamen veſtis
catholice doctrine vna eſt. quia ſine ſciſ
ſura. vnde ſpiritusſanctus igneis et di-
ſpertitis linguis ſuper apoſtolos deſcē-
dit. vel ita vt per veſtimentum opera ī
telligantur qui dicitur deauratus: non
aureus. In auro intelligitur charitas.
Quod vero aureum eſt totum de auro
eſt. Quod eſt deauratum aurum habet
et aliud. et ē. Aſti. re. ī ve.: bonoꝝ opm
dau. ñ aureo: ne ſola ſit charitas ſȝ adiūt
cetera que charitas ornat. ipſa dico cir-
cundata varietate meritorum. et ſi ſit
vnitas in charitate: tamen auro. id eſt.
doctrina apoſtolorum: et cocco. id eſt.
confeſſione martyrum: et gemmis. id eſt
in puritate virginum. et purpura. id
eſt lamento penitentium ornatur regi-
na. Unde ī veteri teſtamē. cortine taber

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

naculi ↄtexte ſunt de quatuoꝛ pꝛecioſis
coloribus. ſ. ꝺ biſſo retoꝛta. et cocco biſ
tineto. iacincto et purpura.

**Audi filia et uide et inclina au
rem tuam: et obliuiſcere popu
lum tuum et domū patris tui.**

Audi fili.' Tercia pars vbi laus ſponſe
cantatur: ſed ſubmiſſius. i. minus excel-
lenter. q̄ꝫ ſupra laus ſponſi. et laudat eā
quadriformiter. ſ. a forma. a gloria. ab
adoleſcentulis. a pꝛole. ' Alloquit̄ aūt
propheta reginam tanq̄ꝫ vnus de patri
bus. i. de apoſtolis quos ſupra dixit pa
tres. Q. d. Aſtitit regina a dextris. ⁊ o re
gina filia mea'. i. mea pꝛedicatione geni
ta: audi intus. et vide deum ipſum' Q.
iudei viderunt. et occiderunt. tu audi e-
uangelium. ⁊ credendo: videbis deum
hic per imaginem: in futuro per ſpecieꝫ
Vel audi prophetias. que incarnatōem
domini pꝛedixerunt. et vide impletas. ⁊
inclina aurē tuam. vt humiliter audias
' Parum enim eſt audire. niſi humiliter
audieris ⁊ obli. po. t'. ſ. populum babi
lonie. vnꝺ venit eccleſia' ſ. obliuiſcere ri
tus legis. vel idolatrie. per quos ſeruis
regi babilonie et domum'. i. conuerſati
onem. et conſoꝛtium patris tui' diaboli
i. babiloniam' que eſt contra hieruſalem
et hec eſt precedentis expoſitio. et ſic fi-
es decoꝛa:

**Et concupiſcet rex decoꝛem tu
um: quoniaꝫ ipſe eſt dominus
deus tuus et adoꝛabunt eum.**

Et concupiſcet rex decoꝛem tuum.' queꝫ
ipſe fecit in te.' Hic laudat eam a forma
concupiſcet dico: quod eſt magnuꝫ. quo
niā ñ ipſe' prioꝛ pater. ſcilicet diabolus
eſt. non qualiſcunq̄ꝫ rex. ſed ipſe eſt do-
minus deus tuus. non modo ſponſus.
et adoꝛabunt. omnes populi. de quibuſ
facta es. eum. ſ. regem tuum:

**Et filie tyri in muneribus: uul
tum tuum ꝺpꝛecabuntur om
nes diuites plebis.**

Et etiā filie tyri. i. gentiū a parte totum'
Per tyrum enim vicinā iudee. gentes ꝺ
ſignat: in chriſtum credituras vnde. mu
lier cananea ꝺ finibus illis egreſſa. eccle
ſie figura eſt. he inq̄ꝫ filie tyri. i. gentes
venient ad illum regem in muneribus' ſ.
vt ſe offerant. vel vt elemoſynas faciant.
quibus mererentur regnuꝫ celoꝛū. Ideo
ait in muneribus' quia vult vt in celum
theſaurizemus largiendo tempoꝛalia. fi
lie. ty' ſ. oēs di. ple. nobiles ſapientes. et
huiuſmodi. he ſunt filie tyri. vel ſm̄ int̄
pꝛetationeꝫ nominis. Tyrus enim inter
pretatur anguſtia. ⁊ eſt. filie tyri. i. angu
ſcilicet peccatoꝛum. i. gentes que ſunt in
anguſtia peccatoꝛuꝫ veniunt in muneri
bus. ſcilicet omnes diui. plebis. hec non
mutantur a prioꝛi ſenſu. et hi adoꝛan-
do in muneribus: depꝛecabuntur vultū
tuum. o regina. i. conſoꝛmitatem tuam.
ne extra poſiti faciant. ſed in vultu ſpon
ſe. i. vnitate eccleſie.' Vultus nanq̄ꝫ eccle
ſie pꝛodeſt elemoſynas facientibus ne ex-
tra nidum eccleſie faciāt. vt ſit gloꝛia dei
et non ſua.

**Omnis gloꝛia eius filie regis ab
int⁹ i fimbꝛiis aureis circūami
cta uarietate.**

Omnis gloꝛia eius.' Hic eſt laus ſpōſe a
gloꝛia. vt ſupra a poteſtate ſpōſi. Quaſi
dico concupiſcet rex decoꝛem tuum qui
decoꝛ nō eſt niſi intus. Quia omnis glo
ria eius. ſcilicet filie regis eſt ab intus vł
intrinſecus'. i. in conſcientia. ſit ergo ele
moſyna tua in occulto. vbi deus videt.
qui internam pulcritudinem amat quā
videt. vel intrinſecus. id eſt non in circū
ciſione manu facta ſicut in veteri le. ſed
in ſpiritualibus. regine dico exiſtentis
in fimbꝛijs aureis. i. in doctrina ſapien-
tie. que regina eſt circumamicta varieta
te. i. diuerſarum linguarum.' Varietas
liguarum decus eſt doctrine ſed nō ꝓd-
eſt: niſi ſit intus gl'a' vel fimbꝛie: que ſūt
finis veſtis: ſignificāt finē m̄di vel hōis
aureis dicit. ñ deauratis vt ſupra ſꝫ au-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

reis :qꝛ in fine tota pfectio eſt vbi inenit
charitas plena.et ē gloria regine ē ab in
tus.et hec gloria ē in fim.aur.ᵈ.i.in fine
ſeculi vel cuiuſq3 hominis qñ pfecta erit
charitas.que regina eſt.circũa.vari.vir
tutũ vel gentiũ.

**Adducent^r regi uirgines poſt
eam: proxime eius afferent^r ti
bi in leticia ⁊ exultatione: ad
ducentur in templum regis.**

Addu.regi.ᵈ Hic laudat ſponſã ab ami
cabus vt ſupra ſponſũ a iudicio. Q.d.
Regina dñi patris oblita: venit ad regẽ
et poſt eã pmã.que eſt gnãlis mr̃ fideliũ
virgĩes ᵈ.i.pudice mentes adducent^r gr̃a
dei:nõ eñ a ſe hoc hñt.regi. et he virgi
nes ſunt,pxime eius regine.i.non aliene
ab ea:ſed ad eã ptinentes.et ꝯuertens v̄-
ba ad regẽ ait. et iſte afferent^r tibi o rex.
¶ Nota verboꝝ differentias. adducent^r
opportuna predicatione venientes.affe
rent^r iportuna predicatione ꝯuerſi.ᵈ vel
ita vt p virgĩes robuſti accipiant^r.⁊ p,p
ximas infirmi.et eſt. Poſt eã reginã.ad-
du.re.vir.vt robuſti et fortes:et,pxime
eius ſc3 vidue et caſte que ſunt in gradu
ſecũdo et alij infirmi: quaſi imbecillita-
te fatigati.afferent^r tibi.ᵈ ¶ Et nõ ꝙ pus
vnitas eccleſie dicit^r:cũ dicit:poſt eam.
poſt enumeratio ptiũ ē diſticta.cũ dicit^r
virgines et,pxime.addit afferent^r.ᵈ etia3
in miſterijs angeloꝝ in le.et exul.ᵈ qꝛ ſe-
xus ille fragilis vicit graues paſſiones
corpis.quo: adducent^r tanq3 viui lapi-
des in tem.re.nõ ſolũ adꝯſpectũ.ᵈ ſed in
penetrabilib⁹ regis.i.in Hierl'm faturã
vel in tem re.ᵗ.i.in eccleſiã preſentẽ. Nõ
eſt ſatis ꝙ ſunt virgines n ſi adducant^r
in templũ.qꝛ ſunt et hereticevirgines ex
tra hoc tẽplũ cuius iunctura ē charitas

**Pro patribus tuis nati ſũt ti
bi filii: cõſtitues eos principes
ſuper omnem terram.**

Pro patri
bus tu.ᵈ Hic dicit quãto incremẽto ſpõ
ſa,pfecerit.i.a prole ꝯmendat. Q.d. Ad
ducent^r.nã,p pr̃ibus tu.ᵈ ſc3,p antiquis
pr̃ibus idoloꝝ cultoribus na.ſũt ti.fi:
.i.apl'i pncipes predicatõnis.ᵗ Vel poſt
prophetas apl'i.poſt apl'os et,p apl'is e-
piſcopi:et alij quos eccleſia genuit.et in
ſede pr̃m ꝯſtituit.vñ ſequit^r.ꝯſti.e.pnc.
ſu.om.ter.nõ in vno loco eccleſie.

**Memores erunt nominis tui
domine: in omni generatione
et generatione.**

Memores erũt no.
tu.do. Vel memor ero alia lit.ſm qua3
populus chriſtianus loquit^r ſic. Conſti
tues eos pn.et p eoꝝ predicationẽ. Me-
mor ero no.tu.do.ᵗ.i.chriſtianus ppl's
qui in eoꝝ predicationibus p omẽs ſuc-
ceſſores pſeuerat. Vel me.erũt ipſi pnci
pes no.tui do.in om.ge.et ge.

**Propterea populi confitebun
tur tibi in eternum et in ſeculũ
ſeculi.**

Propterea. Q.qꝛ ꝯſti.eos pn.
ᵗ Propt.po.vna ꝯfeſſione ꝯfi.ti.pecca-
ta:vel laudes.ᵗ Hec ꝯfeſſio vnitatis va
let:et ideo.deo placet.et hoc:in eter.pre
ſentis ſeculi.et in ſe.ſe.i.in futuro vbi ē
eterna laus. ¶ Nõndũ ꝙ pſal.iſte in na
tali dñi cantat^r:qꝛ agit de laude ſponſi ⁊
ſponſe. et de nuptijs Chriſti et eccleſie.
quarũ deſponſatio facta ē in verbi incar
natione. Cantat^r etiã in feſto beate virgis
qꝛ que de eccleſia gnãli hic dicũt^r.ad Ma
riã ſpãlit^r referri pñt. Cantat^r etiã,p vir-
ginibus:qꝛ dicit^r ibi. Adducent^r re.vir.
et,p apl'is qꝛ ibi dicit^r. Nati ſunt tibi filij

**In finẽ pſal. Dauid,p archãis.**

In fi.pſal. Dõ,p ar. Pſal.iſte agit de ar.
diuie diſpõis que ſũt ꝙ ſit deus hõ.ꝙ ſa
lus,pmiſſa vtriq3 pplo.ꝙ cecitas ex pte
ꝯtigit in Jſrl'.vt pleitudo gentiũ itraret
ꝙ apl'i trãſierũt ad gẽtes ꝙ nĩa pax fuit
i tr'l tpe dñice ntis. vñ Yſa.ꝯflabũt gla-
dios ſu.i võ.⁊ lanceas ſu.i fal.et ē ſẽſus
pſ.iſte ten.i fi.i.i chriſtũ ē Dõ.i.alic⁹ fide
lis de iudea: vt ſit certi⁹ teſtioniũ pſa.di
co hitus,p ar.i.agẽs de maiſeſtatõne ar
chanoꝝ vel ſm aliã trãſlatõnẽ que hab3
In fi.pſal.filijs Chore,p ar.ᵈ Filij Chore
ſũt filij crucis q̃ d arcbanis.i.de aduen-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tu chriſti. et alijs predictis hic loquunt
et ē. Pſalmus hic tendēs i finē. attribui
tur filijs chore. qui hic loquūt pſalmus
dico hitus, p archanis. ¶ Intētio: mo
net ad fidē: Modus biptitus ē pſalmus
Prio: in aduētu dñi oīs ſpes habenda
oſtēdit. et in trāſitu aploꝝ ad gentes.
Scdo: dicit qd eccleſia fundat i chriſto
cui gētes et regna ſubijciūt ibi. Flumis
impetus. Tercio: narrat magnalia in
carnatiōis tpe facta. ibi. Uēite et videte
Propheta ergo in chriſti aduētu vidēs
multas inſurgere tribulatiōes. ꝯtra eas
premittēs ꝯſolationē in pſona filiorum
chore. l' alicu⁹ fidelis de iudea: ait.

**D**Eus noſter refugium
7 uirtus: adiutor i tri
bulationibus que iue
nerunt nos nimis.

Deus nr refugiū. Q. alij dij nō ſūt refu
giū. ſ3 De⁹ nr. i. nob cōis carne aſſūpta
ē refugiū dū de piculo liberat. 7 vt⁹ hoc
iō addit. q2 ē refugiū vbi plus timetur
quo quiſq3 ꝯfugerit. magis infirmatur.
Hic vō ꝯfirmat iō: ad te fugiendū. quia
adiutor es in tribu. q2 iuuat vincere eaſ
et nō ſolū in alijs vincēdis ē adiutor. ſ3
etiā in his que ſūt nimis. i. i ꝯſcia: Que
eni intus ſūt a nobis nimis ſunt. Nulla
eni hic: maior ē tribulatio quā delictoꝝ
ꝯſcia. ſ3 et ibi adiuuat. deus noſter. quia
peccata dimittit. 7 he tribulatiōes. iue
nerūt nos. Nō nos eas vt p nos peni
teremus. vbi tñ et ille rogādus ē. ſ3 ipſe
tribulatiōes inuenerūt nos. alijs monē
tibus penitere. Aliqñ ergo hō inuēit tri
bulatiōes peccatoꝝ. qñ ſine āmitione
alicu⁹ ꝯſiderat ſua errata. et ſic penitet
dicēs. Tribulationē et dolorē inueni.
Aliqñ tribulatio inuēit hoiē3. qñ alter⁹
pſuaſiōe penitet ꝯgnoſcēs peccatū. vtro
biq3 āt rogādus ē deus. Uel ita. vt per
tribulatiōes accipiam⁹ penas. et legitur
lra ſeriatim ſic. adiutor eſt in tribulatiōi
bus que tribulationes. inuenerūt nos.
Nos eni fugiebam⁹ eas. Uel inuenerunt
nos. expoſitos eis p adā. inuenerūt di
co. nimis. q2 hic perim⁹: ſb mole penaꝝ

Tanto potentior eſt ille qui liberat.

**Propterea non timebim⁹ du3 conturbabitur terra: 7 transferentur montes in cor maris.**

Propterea. quia talis eſt ſecuritas nō
timebimus. nos qui montibus. id eſt a
poſtolis conſentimus. timeant contra
rij. dum conturbabitur. de nouitate tā
ti miraculi in aduentu chriſti. terra. id ē
iudea. quaſi arida. id eſt ſine idolatria.
amaritudine gentium circundata. tanq3
mari terra. et transferentur montes. id ē
apoſtoli ſecundum illud. Quia repuli
ſtis verbum dei. ecce conuertuntur ad
gentes. in cor maris. id eſt in fidem gē
tium. quia gentes credunt eis. Uel
mare eſt hoc ſeculum. cor maris: imma
nitas gentium. Ad gentes enim imma
nes 7 barbaras tranſierunt. in qua tran
ſlatione.

**Sonuerunt 7 ꝯturbate ſūt aque eorum: conturbati ſūt mōtes in fortitudine eius.**

Sonuerunt contradicentes gētes. et tur
bate ſt aque eoꝝ vel eius. Alia littera.
id eſt maris ſcilicet turbati ſunt populi
ſeculi. conturbati ſunt etiam montes.
id eſt poteſtates ſeculi. in fortitudine ei⁹
id eſt dei. qui eſt refugium et virtus. Ul
ita Ab illo loco. Sonuerūt. Quaſi trāſ
ferentur montes. in qua tranſlatiōe. So
nuerunt ipſi mōtes. id eſt apoſtoli. pre
dicando. et turbate ſunt aque coru3. ad
ſenſum fit relatio. non ad vocem. id eſt
aque maris ſcilicet populi gentium. vel
doctrine eorum que infatuate ſunt. cho
ruſcante doctrina ſaluatoris. Unde: Ab
ſorpti ſūt vincti. pe. iudi. e. Hec eſt vir
ga moyſi. que vorauit virgas magoru3
pharaonis. Stultā eni fecit deus ſapia3
hui⁹ mūdi. Ubi ſapiēs: Ubi ſcriba: Ubi
iquiſitor hui⁹ ſeculi: Uñ. abdyas pphe
ta. Perdā ſapia3 ſapientū. 7 prudentiā
prudentium reprobabo. Sequitur con
turbati ſunt montes. id eſt exterius apo
ſtoli territi ſūt. in fortitu. i. in nimia per
ſecutione eius. id eſt maris.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Dyapſalma.

**Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: ſanctificauit tabernaculum ſuum altiſſimus.**
Dyapſalma. Flumi. impe. Secūda ps: vbi dicit ꝙ eccleſia in chriſto fūdat. cui gentes ⁊ regna ſbijciunt. Q. d. Jta ſeuit mare. ſed int hos fluctus et ſonitus non timent q꜠ ad illud refugiū ꝯfugerūt: q꜠ flumi. impe. i. ſpūſſancti inundatio leti fi. ci. dei. ſ. ſanctā eccleſiā. et ſan. ta. ſu. i. eccleſiā vel corpus: quod aſſumpſit ex vgine altiſſi. Et.

**Deus in medio eius non commouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.** Deus manet in me. eius ciuitatis. q꜠ eque oībus ꝯſulit non accipit pſonas. Quomō qd in medio ē paria hꝫ ſpacia ad oēs fines. ita deus medius eſſe dicit: equalit oībus ꝯſulens. et ideo: nō ꝯmo. illa ciuitas. vnde: porte inferi nō preualebūt aduerſus eā: adiu. eā deus in labore ſeculi mane. i. in ipſo boni opis pncipio ⁊ hoc: diluculo. i. p illuinationē ſpūſſancti qui ē lux qſi diei. vel ſm aliā lit. Adiu. eā deus vul. ſuo. i. pñtia incarnatōis. vel vultu ſuo. i. demonſtratione auxilij ſui ſcꝫ cū adiuuando ſe indicat. et ſic.

**Conturbate ſunt gentes ⁊ inclinata ſunt regna: dedit uocem ſuam mota eſt terra.** Contur. ſunt gen. ſalubit et etiā reg. incli. ſūt vt adorent nō erecta p ſupbiā nō ait ꝑtulit ſed dedit q꜠ dedit qſi magnū premiū vo. ſu. i. predicatoꝫ qñ tonuit d nubibꝰ. i. predicatoribꝰ: qui dicunt nubes et montes. Montes ꝓpt altitudinē et frmitatē. nubes ꝓpt pluuiā et vbertatē: vñ tra mota ē. i. trenus tremit metu iudicij. Quis dedit vocē:

**Dominus uirtutū nobiſcum: ſuſceptor noſter deus Jacob.**
Dūs vir. celeſtiū qui ē nobi. carne aſſūpta. acſi diceret. Emanuel ꝓpriū nomen ſupponēdo. Emanuel eñ interpretat nobiſcū deus. Jn his verbis breuit diffinit quid ſit Chriſtus dū dicit dñs vir. nob. Q. qui miſit oli angelos iā ipſe venit. ⁊ eſt nobiſcū et p hoc eſt ſuſcep. Nulla ergo terreat infirmitas noſter nō niſi filioꝝ crucis ipſe dico deus Jacob. i. ſignificator p Jacob. Q. qui tanta nobis dabit quāta dedit Jacob. Nō eñ illius tm̄ eſt deus.

Dyapſalma.

**Venite et uidete opera domini que poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella uſqꝫ ad finem terre.** Dyapſalma. Venite et videte. Tercia ps vbi narrat magnalia tpe incarnatōnis facta: q. d. Quid fecit ſuſceptor: magna opa ⁊ venite vide. ⁊ videte. i. itelligite opa do. vel ita ꝯtinua q꜠ nobiſcū eſt ſuſceptor ergo ve. fide. q. iā ſecuros vos mitto et videte. i. intelligite ope. do. que tpe incarnationis fecit vt de pace nimia et huiuſmodi que poſuit ſuper totam terram et illa opera erant prodigia quia aliquid portendebant. Quid: hoc ſcilicet quod ipſe eſt auferens bella ſpiritualia ſcilicet bella male voluntatis. vſqꝫ ad finem terre. Hoc iam factum eſt: in quibuſdam non repugnantibus deo: quia p Chriſti aduentum ydolatria et ſuperſticio totius orbis perijt. et hoc ſignificabat illa pax actualis que toto mundo tempe dominice natiuitatis fuit. Unde tūc pmū decantatū eſt ab angelis canticum pacis. Gloria in excelſis deo: et in terra pax hominibus bone voluntatis. Natus quippe erat ille qui eſt pax noſtra: qui fecit vtraqꝫ vnum. qui ait. Pacem meam do vobis. Pacem relinquo vobis. vere aufert bella. Quia

**Arcum conteret et confringet arma et ſcuta comburet igni.**

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Arcū .i. inſidias cõteret et cõfringet arma .i. publicā īpugnatiōꝫ. ⁊ ſcuta .i. vane preſūptionis ꝓtectionē. Vn̄: ait iob. Cucurrit aduerſus deū in craſſa ceruice ſcuti ſui. cõburet igni. ſpūſſancti. vt armemur euāgelicis armis. q̄ deſcribit apl'us

## Uacate ⁊ uidete qm̄ ego ſū deus: exaltabor in gentibꝰ ⁊ exaltabor in terra.

Vacate et vide. Q. d. Dedit vocē. Quā Vacate ab armis diaboli. ſ. a vitijs a tumultibꝰ cõtentioſis. vt attēdatis infirmitatē noſtrā. Infirmaris eni de te. i. infirmari debes. vt fortis ſis de deo. Vel ita ab illo loco. Venite. et ē ibi vox dn̄i. et agit d his. Ad lraꝫ. que in aduētu chriſti acta ſūt. Q. d. Dedit vocem. et hec ē illa vox. Venite ⁊ videte. o do. hoꝝ vborūꝫ ſenſus nō mutat̄. que poſuit ſup terram totā. Q. ſigna ad cõuocādū errantē populū ad viā vitatis. que erāt ꝓdigia. q̄ſi porro dicia. i. future nouitatis indicia. vt de partu vginis. et de ſtella. et de pace nimia. et ceteris. Auferēs. Ecce opa et ꝓdigia qd ipſe ē Auferēs bel. ad lraꝫ. vſ qꝫ ad finē tre. qꝛ tūc tpis ꝓ eius pn̄tia orbis pacatus fuit. qꝛ Arcū cõteret et cõfringet arma et ſcuta cõburet igni. Hec omnia in aduentu chriſti. Ad litteraꝫ fuerunt ſm illud. Conflabunt gladios in vom. ⁊ lan. ſ. in fal. Si ergo cõbuſta ſūt arma. Vacate o homines a bellis nō habentes. vnde pugnetis. et videte. id eſt itelligite. quoniam ego ſum deus. nō ille qui vos deludebat. Non etiam vos ipſi .ſed ego qui feci. et reficio vos. Non ergo de veſtris operibus extollamini. qui exaltabor in gentibus. quando conuertentur ad fidem. et poſtquam plenitudo gentium intrauerit: exaltabor in terra .id eſt in iudea. Gentes ſunt mare, ꝓpter idolatriā. Ergo licet dicere: Quod

## Dn̄s uirtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter deus iacob.

Dominus virtutum eſt nobiſcum et ſuſceptor noſter eſt deꝰ iacob .ſcilicet qui facit vincere chriſtianum populum. per iacob figuratum. licet ſit poſterior.

## IN finem pſalmus dauid pro filiis chore.

In finem pſalmus dauid pro filijs chore. Gentes quas in precedēti pſalmo vocauit ad fidem. iam cõuerſas in hoc pſalmo: inuitat ad laudē. et he ſunt filij chore. id eſt filij paſſionis: et ē ſenſus. Pſal. iſte eſt Dauid prophete qui hic loquit̄ in voce ſua. vel apoſtolorū. Habitus ꝓ filijs chore. id eſt pro conuerſis gentibꝰ dirigendis in finē. id eſt in chriſti laudē. Intentio: monet ad laudem. Modus Bipertitus eſt pſalmus. Primo: gētes ad quas gratia tranſiuit: inuitat ad laudem dei. Secundo: aſcenſio et regnum dei dſcribit̄. Vn̄. monet inſtanē pſallere ibi. Aſcēdit deꝰ in iubilo. In voce ergo apl'oꝝ gētes ad laudē monens: ait.

## Omnes gentes plaudite manibꝰ iubilate deo in uoce exultatiōis.

Omnes gētes. Quaſi etſi inſultēt pueri .ſ. iudei dicētes. aſcēde. calue. calue. vos o omnes gentes ad quas tranſiuit gratia. non modo iudei. plaudite manibꝰ .id eſt gaudete bonis operibus. iubilate deo in voce exultationis. Quaſi cõcordet manus et lingua. illa operetur: Hec confiteat̄. Vnde in leuitico. caput turturis iubetur torqueri ad aſcellas: He ſunt cauſe iubilandi et plaudendi:

## Qm̄ dn̄s excelſus terribilis: ⁊ rex magnꝰ ſuper omneꝫ terraꝫ

Qm̄ dominus. quē irriſere pueri. ē excelſus. i. potēs. qd vult. ⁊ t̄ribilis aſcendēdo celū. q̄ ꝑus diſplicabil' apparuit Vel t̄ribil'. qꝛ iudicaturꝰ in ptāte. ⁊ rex mag. qꝛ ſuos regit. ſu. o. t. n̄ tm̄ ſup iudeos. qꝛ oſtenſū eſt in titulo cruci ſuper poſito. tribus linguis inſcripto.

## Subiecit populoſ nobis: ⁊ gētes ſub pedibus noſtris.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Subiecit pop. no. Loquit̃ in pſona totius eccleſie. q. d. et ideo etiã plaudite: qꝛ ſbiecit po. no. i. vniuerſali eccleſie. hoc eñ dicere ꝯmunit̃ ꝯueit oĩbus fidelibus quibus oĩs extrĩſeci ſbiecti ſũt. Quãti eñ mõ currũt ad eccleſiã nõdũ chriſtiaĩ rogantes auxiliũ eccleſie: ſbueniri ſibi tẽpalit̃ volũt: etſi in eternũ nobiſcũ regnare adhuc nolũt ⁊ gen. ſb pe. no. Sic eñ exaltata ẽ eccleſia: vt oĩs nõdũ credentes ſb pedibus hẽat: qꝛ eccleſie auxilium querũt atꝫ tpaliter ei ſeruiũt. Vel in pſona aplõꝝ dicentiũ ſic. Subie. no. apl'is qui de iudea ſumus pop. gent. paſſi eñ a ſuis: honorant̃ a gentibꝰ. et gen. ſb pe no. i. ſb predicatione nr̃a. ꝑ pedes predicatores accipe: quibus ppl'i ſbiecti ſũt vel ita in pſona eorũdẽ aplõꝝ. deus ſbiecit ſibi pplos. i. iudeos nobis aſſociandos. et gen. i: gentiles credentes ſb pe no. i. ſub predicatione noſtra: cui obediũt. ⁊

**Elegit nobis hereditatem ſuã: ſpeciem Jacob quem dilexit.**

Elegit nõ merito nr̃o ſed ſua gr̃a dicit eccleſia ſcꝫ dare nobis etſi ad iudeos veit here. ſuã. i. vitã eternã quã hereditatem ſpẽm. i. pulchritudinẽ Jacob. i. poſterioris ppl'i quã pulchritudinẽ vel quẽ Jacob dilexit. Celeſtis hereditas pulchritudo eſt chriſtiani ppl'i in qua ſpecioſus erit fulgens ſicͭ ſol qui nũc ẽ abiectus. vel in pſona aplõꝝ ſic. Ele. no. dare here. ſuaꝫ multoꝝ pplõꝝ vt colamus eã gladio predicatõnis corda coꝝ ferientes et maliciã deſtruentes: quã: ſpe. Ja. i. ſil'es Jacob vel ſignificatos a Jacob ſcꝫ qui terrena dant ꝓ celeſtibus vt Jacob fecit: qui dedit eduliuꝫ lentis ꝓ ꝑmogeĩtis Eſau. qͦ fuit ex gr̃a dei. qꝛ eũ dilexit Eſau reꝓbato. vñ hic ſequit̃ quẽ dilexit.

**Dyapſalma:**

**Aſcendit deus in iubilo: et dominus in voce tube.** Dyapſalma. Aſcendit de. in iu. Secũda ps vbi aſcẽſio et regnũ dei deſcribit̃. Vñ inſtanter monet pſallere. q. d. nobis ſbiecit et potuit qꝛ aſcen. deus. i. chriſtus in iu. qꝛ gaudiũ admirantiũ aplõꝝ non poterat exponi. Eſt eñ iubilus ineffabile gaudium. qͦ nec taceri poteſt: nec exꝑmi valꝫ qͦ eccleſia repñtat in precipuis ſolennitatibus circa eandẽ vocẽ varias formãdo melodias vt in natali dñi cantat. tãquã ſponſus: q̃ſi nõ valens exꝑmere mẽtis hylaritatẽ ſentiens de ſe: ſicͭ Hierem. qui ait. a a a dñe deus puer ſuꝫ et neſcio loqui. ⁊ Moyſes poſtquã cepit loqui cũ dño dicit ſe eẽ factũ tardioris et ĩpeditioris lingue ab heri. et Nudius tercius: qui oĩ egyptioꝝ ſapia eruditus fuerat. Nã cũ quis accedit ad intelligendũ ⁊ loquenduꝫ de verbo qͦ erat in ꝑncipio apud prẽm. mens deficit: vox ſilet et do. in voc. tu. Ibi eñ audita ẽ vox tube. i. vox manifeſta angeloꝝ clamantiũ. Viri galylei quid hic ſta. aſpi. in celũ ⁊cͭ. qͦ ideo factũ eſt vt mũdus firmus crederet q̃ tales precones ſcꝫ apl'i et angeli ꝯfirmarent. Ergo:

**Pſallite deo noſtro pſallite: pſallite regi noſtro pſallite.**

Pſallite deo no. i. opibus laudate eũ. quẽ vt hominẽ irriſerũt alieni. ſed ẽ deꝰ pſal: aſſidue regi. no. i. chriſto pſal. valde ẽ ſalutare qͦ iam tã crebro repetit̃. iõ pſallite.

**Quoniam rex omnis terre deus: pſallite ſapienter.** Quoniam. ipſe eſt deus qui creat. et rex creata gubernans. rex dico iam omnis terre qui ab omi terra agnoſcit̃. Non eſt rex tm̃ ꝑtis t̃re vt Juppit̃ crete et Mars tracie. Pſallite dico ſapienter. Docet hic quomodo ſit pſallendũ ſcꝫ ſapienter. Olim ſine ſenſu pſallebant dũ lapides colebãt. Nemo ſapienter facit qͦ non intelligit et debetis pſallere. qꝛ

**Regnauit deus ſuper gentes: deus ſedet ſuper ſedem ſanctã ſuam.** Regnabit vel. uit. deus. q. qui humilẽ ꝯtemnit ſaltẽ poteſtati eius ſuc-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

cumbant.regnauit dico:ſup gentes.oēs
qui olim ſup vnā gentē iudeoꝝ.modo
impleta eſt hec ꝓphetia.deus ſedet ſup
ſedē ſanctā ſuā.i.ſup celos ad dexteraꝫ
patris regnans p ſecula. Uł ſedes ſācta
ſūt throni.v̄tutes.et ſancti.et eſt ſup ſe-
dem ſanctā ſuaꝫ.i.ſup angelos et iuſtas
aīas. Quomodo regnauit:quia etiam.

**Principes populorum ꝯgre/
gati ſunt cum deo abrabam:
qm̄ dii fortes terre uehemēter
eleuati ſunt.**

Princeps omniū populoꝝ. non vni⁹
populi tm̄.i.ꝓmitiui omniū gentiū cō
gregati ſunt.i.conuenerunt credendo
cum deo abrabam.i.in chriſto.qui eſt
deus abrahe.qui habet filios de lapidi-
bus. Quaſi expulſis iudeis gentes ab o
riente.et ab occidente venientes:i filios
abrahe ſuccedunt habentes ꝓmiſſionem
Unde:ſequitur.qm̄ dij. Quaſi ideo vti-
que congregati ſunt. Quoniam dij for-
tes terre.id eſt iudei d̄ ſe preſumentes d̄
ſe terra.vehementer eleuati ſunt.id eſt
valde ſuperbierunt. Quaſi fracti ſunt
rami.vt humilis holeaſter inſeratur. Uł
ita ideo congregati.quoniam dij terre.
.id eſt apoſtoli.fortes quos neqꝫ morſ
neque vita ſeperabit a charitate chriſti.
vehemēt eleuati ſt.ſ.doctria ⁊ miracul

**Pſalmus uel laus cātici filioꝝ
uel filiis chore ſabbati ſecūda.**

Pſalm⁹.ł laus cātici filioꝝ.ł fi
lijs chore ſa ſabbti: Sicut legit
i geneſi. Prio die fecit de⁹ lucē
⁊ diſcreuit a tenebris.reb⁹ ꝯfuſiſ
atqꝫ īformib⁹:formas accipiētib⁹.ſic do
minico die.qui primus fuit in prima re
rum conditione chriſtum a mortuis ſu-
ſcitauit.et lucem immortalitatis diſcre-
uit a tenebris mortalitatis. Secunda
ſabbati.id eſt ſecūdo die fecit de⁹ firma-
mentum. Ita:tempore poſt chriſti reſur
rectionem eccleſiam fecit ſcilicet corpus
capiti.que eſt firmata poſt chriſti reſur
rectionem.ſupra firmam petram.a qua



dimoueri non poteſt. Unde: apoſtolus
Que eſt columna et firmamentum veri-
tatis.de qua: hic cantatur filijs chore.
⁊ eſt ſenſus. Pſalmus iſte.vel laus can
tici eſt.et eſt filiorum chore.vł cantatur
filijs chore.pſalmus dico habitus. ſecū
da ſabbati.qua factum eſt firmamentū
id eſt celum.id eſt agens de eccleſia. que
poſt chriſti reſurrectionem eſt confirma
ta.quam vocauit ciuitatem.⁊ commen
dat hanc ciuitatem et dominum ciuita-
tis.quinqꝫ modis commendat ciuitateꝫ
ſcilicet a dignitate conditoris.a ſitu. ab
amplitudine.a benignitate regis.a ſtabi
litate eterna. Intentio:monet.vt om-
nes eam amplificent. Modus.Bipertit⁹
eſt pſalmus. Primo: agit de fundatiōe
ciuitatis.quam:commendatiue deſcri-
bit. Secundo:agens gratias de aduen-
tu chriſti.monet de gradibus eccleſie di
ſtribuēdis.per quos ſaluator poſſit ag-
noſci.ibi Suſcepimus deus. Prophe
ta ergo primo commendans ciuitateꝫ a
dignitate conditoris dicit.

**Magn⁹ dn̄s ⁊ laudabi/
lis nimis i ciuitate dei
noſtri i mōte ſācto ei⁹**

Magn⁹ dn̄s. Dn̄s q̄ pus hūilis ē. mag
nus.qꝛ oīa potent fecit.et laudabilis.
.qꝛ pulcre et mire fecit.nimis.ſine t̄mi
no ⁊ fine. Ubi laudabilis:i ciuitate dei
noſtri. nō in babylonia.que ē ciuitas
maloꝝ. In malis eni blaſphemat deuſ
que ciuitas eſt ſita:in monte ſancto eiuſ
. Non poteſt abſcondi hec ciuitas.om-
nibus diffamata eſt. Hic ē monſ ille.qui
vt ait daniel.fuit paruus lapis preci-
ſus de monte. ſine manibus qui creuit
in montem magnum. poſtea: et imple-
uit omnem terram.id eſt chriſtus de gē
te iudeorum. ſine virili ſemine natus
ſuper quem fundata eſt eccleſia. Ne āt
putes hāc ciuitatē dei n̄ vbiqꝫ eē addit.

**Fundatur exultatione uniuer
ſe terre:mons ſyon latera aqui
lonis ciuitas regis magni.**

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Fundat̃ exul.q.d.que ciuitas fundat̃ ex ul.vni.ter. Que eñ ꝓus maledictioni bꝰ ſbiecta ſterilitatis opprobrio dolebat nũc ꝑle fecũda vbiqȝ exultat. et ꝯmenda tur hic ab amplitudine: vel ẜm aliã lit. ſcȝ fundatoꝛ exultationis vni.terr.q.d. Dñs ẽ magnus.dñus dico fundatoꝛ ex ultationis vni.ter.cui ſenſui ꝯcoꝛdat a lia tranſlatio. Alij eñ transferũt ſic. Di latans exultationes vni.ter.ipſe ẽ chriſtꝰ qui ꝑ vniuerſã eccleſiã gaudia dilatat. mons ſyon ꝛc.ꝑ ꝑtes:oñdit qd̃ dixerat: ꝑ montẽ ſyon iudeos ſignificat.ꝑ latera aquilonis gentes que adherent diabolo qui ꝑ ventũ frigidũ et durũ aquilonẽ ſi gnificat̃. Ipſe nanqȝ ait. Aſcendã in ce lũ: et ponã ſedẽ meã ab aquilone et ero ſimil̃ altiſſimo. Vñ in canti. Surge aqui lo et veni auſter. vñ Hiere. Ab aquilone pandet̃ omne malũ ſuꝑ faciẽ terre.q.d. vere vniuerſa terra fundat̃.qꝛ mons ſyõ .i.iudei ⁊ latera aquilo.i.gentes. Qui cũqȝ eñ alicui herent latera eius dicunt̃ vñ ſolemus ita loqui.bonus hõ eſt: ſed praua latera habȝ.ſcȝ maligni ſũt qui ei ꝯiuncti ſũt. Ita gentes erãt diaboli late ra.hoc inquã ſũt ci.re.ma..i.dei. Alij reges nõ ſũt magni:et ẽ ſenſus. Duo pa rietes ꝯuenerũt in lapidẽ angularẽ qui fecit vtraqȝ vnũ vt eẽt vnũ ouile et vnus paſtoꝛ. Et.

## Deus in domibus eius cogno ſcetur: cum ſuſcipiet eam.

Deus etiã cog.in do.ei.ciuitatis.domi bus dicit pl̃r qꝛ iã ſũt pl̃es domus in ea ciuitate vel vnitate. Multi eñ ſũt eccleſi aꝝ oꝛdines.vna tñ eccleſia. Dico ꝯgno. ſed poſt ꝑ grãm ſuſcipiet᷑.et hoc ẽ cũ ſu ſci.vt medicus eã curãdã. vel d̃ futuro põt legi ẜ aliã li.ſic. Deus co.i futuro in gradibꝰ eius.i.ẜm gradus meritoꝝ qꝛ in ſingulis diſtincti dabit ꝯgnitõnẽ ſui cũ ſu.eã in eterna beatitudine.

## Quoniam ecce reges congre gati ſunt: et ꝯuenerunt in unũ.

Qm̃ ecce re. Cõmendat̃ hic a benignita te regis. Qm̃ ec.re. Hec ſũt latera aqui lonis.q.d. Vere latera aquilonis ſũt ci uitas dei. Qm̃ ec.re.terre ꝯgre.ſunt cũ ceter᷑ fidelibꝰ in vnitate fidei ⁊ ꝯue.in la pidẽ angularẽ.et hoc in vnũ.i.in vni tatẽ fidei et moꝝ. In hac vnitate nõ eſt locus heretic᷑.ꝑ ꝑtes praui dogmatis ꝯ ciſis qui dicũt. ecce hic ẽ chꝛiſtus.ecce il lic.⁊ ſic ſcȝ ꝑ fidẽ.

## Ipſi uidentes ſic admirati ſunt ꝯturbati ſunt: ꝯmoti ſunt: tre moꝛ apprehendit eos.

Ipſi facti ſũt viden.et ſic ſcȝ videntes admi·ſũt de gloꝛia et miraculis chꝛiſti. et poſt admi rationẽ gloꝛie et miraculoꝝ chꝛiſti ꝯtur ſũt ꝓ peccat᷑ et ꝯmo.ſũt.i.ad bona mu tati.tre.ap.eos. ꝓ ꝯſcia delictoꝝ.tantꝰ erat illis pauoꝛ ꝙ etiã coꝛꝑe tremebant.

## Ibi doloꝛes ut parturientis: in ſpiritu uehementi conteres naues tharſis.

Ibi.i.in illa ꝯturba tõne fuerũt do.ꝑcitẽtie.doloꝛes dico vt ꝑtu.i.graues ſed vtiles qꝛ iñ fructus ꝓ ueit. Vñ Eſa. A timoꝛe tuo dñe ꝯcepimꝰ et ꝑturiuimus ſpm ſalut᷑. Quomõ hoc totũ fiet: Quia in ſpũ ve:i.ꝑ ſpm̃ſanctũ vel i foꝛti timoꝛe tui iudicaturi ꝯte.na. thaꝛ.i.euertes ſuꝑbiã gentiũ. Cylicia nã qȝ ẽ regio a tharſo methꝛopoli ſua thar ſis dicit̃.ꝑ hãc gentes accipiũt̃ a ꝑte to tũ.vel tharſis ẽ carthago que nauibꝰ olĩ floꝛuit ad mercandũ quibꝰ ſuꝑbia gẽtiũ ſignat̃ que in ĩcert᷑ diuiciaꝝ velut ĩflati bus venti ꝯfidit. Sed iaȝ firma ſedes eſt in ſyon: nõ in mari. Ibi eñ ſtabiliri de bemus non perflari omni vento doctri ne. Et nota ꝙ alt ꝯteres. Hoc eñ di cit a ſimili naufragantiũ.vel iuxta inter pretatõnem nominis. Interpretatur eñ tharſis exploꝛatio gaudij. Naues ergo tharſis ſunt diſcurſoꝛes in diuerſis expe rientijs:i.ꝑ diuerſas experientias mun di gaudia exploꝛantes. hos ꝯteret domi nus vt ab his deſiſtant et verum gaudi um querant. Aliter ab illo loco. Cũ ſu ſcipiet eam. Quaſi diceret. Deus cog

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

noſcet̃ in domib⁹ eius. et hoc: Cũ ſuſci. cã ciuitatem tutandã. Et quid opus eſt vt tueat̃ eã? Valde opus ẽ. Q̃m ecce reges gentiũ Ad lr̃am. ↄgregati ſũt ⁊ ↄuenerũt in vnũ. ↄtra hanc ciuitatẽ vt delerent eã. ſʒ poſtea. Ipſi vidẽtes ꝑ fidẽ. ſic ſcilicet ꝙ tã digna ẽ hec ciuitas. admirati ſũt. et poſt ãmirationẽ. ↄturbati ſunt. hec ⁊ reliq̃ que ſequũt̃. nõ mutant̃ a lectione ꝓori. Aliter ⁊ agit̃ ad lr̃am ð herode. ⁊ hiſtoria dñice natiuitatis. expõitur ãt ſic. Q. d. Vere ſuſcipiet eã. q꞉ ꝑ incarnationẽ que ṽe fiet. Q̃m ecce ꝛc. i. ꝓncipes iudeoꝝ ↄgregati ſũt. ab herode ſciſcitante ab eis: locũ dñice natiuitatis. et ipſi ↄuenerũt in vnũ. ↄcordit̃ dicẽdo in betleem iude. ſc̃m ſcripturas. Ipſi vidẽtes ſic. vt in ꝓphetia legerãt. ãmirati ſũt de tãta gloria. et nõ leuit̃. vel ocioſe. ſed ↄtur. ſt̃. ꝓ peccatis. et ↄmoti ſũt ad fidẽ ⁊ tãt⁹ fuit pauor. vt corp⁹ tremeret. Vñ ſequitur. tremor appre. eos. Ibi dolor pñie. vt dolores partu. appre. eos. i. penitentia. Q. ipſi vidẽtes ita ↄturbati ſt̃ ad penitentiã. ſʒ in ſpũ vehemẽti. i. in ira ⁊ furore herodis. ↄteres naues tharſis. q꞉ naues in tharſo ciuitie. que magos ꝑ aliã viã reuertẽtes trãſpoſuiſſe i patriaʒ ſuã credebant̃. cõfracte ſunt ab herode.

**Sicut audiuim⁹ ſic uidim⁹ in ciuitate dñi uirtutũ: i ciuitate dei noſtri deus fũdauit eaʒ in eternum.**

Sicut audiuim⁹. Decurſionib⁹ que tp̃e incarnationis acta ſũt: concludit. Q. d. q꞉ ita ẽ: ergo Sicut audiuim⁹. i ꝓmiſſionib⁹ ꝓpheticis. ſicut illð ẽ. Adorabũt eũ oẽs gẽtes. et oẽs re. ſer. ei. et illud. In ſemine tuo bñdicã oẽs gẽtes. ſic vidim⁹ in exhibitiõe. Oẽs eñi reges. oẽs gentes adorãt chriſtũ. chriſtus regnat in celo ad dexterã patris. in ciuitate. i. in eccl̃ia dñi ṽtutum. q꞉ ibi cuſtodes angelos ð putat. repetit idem dicẽs. in ciui. d. no. i. in catholica eccleſia. dei noſtri dicit. ne ſibi hoc nomẽ ↄuentus hereticoꝝ vſurpet. Quicunqʒ ẽ in hac ciuitate audit: et videt. Qui ṽo extra ẽ: cecus eſt. Ne ãt putet̃ hec ciuitas tp̃alis: addit. deus ipſe fundauit ſtabilit̃ eam ciuitatem Ne ergo timeas neq̃ cadat firmamentum. fundauit eam dico in eternũ. non ad horã. vt prius tabernaculum moyſi.

**Suſcepimus deus miſericordiam tuam. in medio tẽpli tui**

Suſcepimus deus. Secunda pars vbi agens gratias ð aduentu chriſti. monet de gradibus eccleſie diſtribuendis. per quos ſaluator poſſit agnoſci. Sic continua. Quo ordine fundata eſt hec ciuitas? Ecce. Suſcepim⁹. ⁊c. Vel ita. Quid audi. ⁊ vidi.? Ecce Suſce. ⁊c. Vl' ita. Fũdauit. ⁊ vere. quia o Deus. ſuſcepimus nos boni. qui ſumus grana inter paleas. lilium inter ſpinas. amica inter filias Quid ſuſcepimus? miſericordiam tuaʒ non ſolum ſacramenta. ſed et reʒ ſacramentorum. Naʒ ſacramentis grana et palee cõmunicant: Rem vero ſacramentorum ſoli boni percipiunt. Vbi ſuſcepimus? in medio templi tui. id ẽ populi non ſuſcipientis miſericordiam. id eſt in medio palearum que per ſacramẽta quibus cõmunicant. populus dei ſt̃: et templum. de quibus apoſtolus dicit Habentes formam pietatis. ṽirtutẽ vero abnegantes. qui populus palearum multus eſt. ita: vt nulla videantur eſſe grana. ſed tamen non nulla ſunt. quia:

**Secundum nomen tuuʒ de⁹: ſic ⁊ laus tua in fines terre iuſticia plena eſt dextera tua.**

Sc̃dm qð ẽ. no. t. o deus ſic ẽ ⁊ laus. t. dilatata. i fines t̃re. ꝑ hoc: Oſtendit̃ nõ in arco fũdata ciuitas. Vel ita. ⁊ agit ð actuali ſuſceptione chriſti. qua ſuſcept⁹ fuit a ſymeone. ⁊ aliis q̃n in tẽplo ẽ preſentat⁹. ⁊ ẽ. Suſce. de⁹. mi. t: i. filiũ tuũ i medio tem. t. qð erat in hieruſalẽ. ꝑ hoc grauius accuſantur qui contẽnunt eum qui in medio eorum conſpectus eſt ⁊. ꝑ hoc: nõt̃ icarnatio chriſti q̇ ſc̃m ꝙ hõ: i tẽplo ẽ p̃ntatus. Vel ita. ⁊ agit ð ſuſcep

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ptione chriſti: p fidē. qua ab oibus cre-
dētibus ſuſcipit. Suſcepimus fide o de
us mi. tu. i. filiū tuū in me. tem. tui. i. in
cōmuni tui populi. et qz hoc eſt. ſm no-
men tuū o deus quod vbiqz diffuſū eſt.
qz nullus ē qui huic nomi ſe nō ſubiici-
at et ſi neſciat cultū. ſm ergo no. tu. i. ſi-
cut reuerētia tui nois dilatat. ſic et laus
tua que nō eſt niſi in ſanctis vera. dilata
ta eſt in fi. ter. i. in eccleſia. que toto orbe
diffuſa eſt. laus tibi dat. No eñ deſunt
qui te laudent p omnes terras. qz dex. t.
. i. tua propiciatio plena eſt iuſti. tua. i.
iuſtificauit multos qui omnes laudant
vel dex. tua. i. eterna beatitudo. In hac
pte iuſti locant. eſt plena iuſti. i. iuſtis.
qz multi ſūt iuſti qui ſtabūt ad dex. vñ.

## Letetur mons ſyon et exultēt filie iude ppter iudicia tua dñe

Letet mons ſy. i. iudea que pmos radi-
os fidei accepit. et exul. fi. iu. ſcz ꝯfeſſio
nis. i. gentes. a iuda. i. ab aplis genite p
ꝯfeſſionē. et hoc propter iudi. tua dñe.
quibus cecitas ꝯtingit in Jſrl. vt pleni-
tudo gentiū ſbintraret et o vos gentes.

## Circundate ſyon et complectimini eā narrate i turribus eius

Circundate ſyon. i. electos de iudeis cir
cūdate dico nō ſcandal. ſed cōple. eam.
brachijs charitatis. Uel ita ab illo loco.
Letet mons ſyon. et intelligit mons ſy-
on. i. eccleſia generalis. Syon eñ inter
pretat ſpeculatio. et hoc eſt: Letet mons
ſyon. ſcz eccleſia que eſt in ſpeculatione
populi. et exul. fi. iu. i. chriſti ſcz ſancte fe
mine. p iudā eñ genus eaꝝ oñdit. prop
ter chriſtū qui de iuda. et he exultant vt
in vtroqz ſexu eccleſia ſit. Cauſa vero le-
ticie ſunt iudicia dei. vñ ſequit propter
iudicia. q. d. Letet mons ſyon et exul. fi.
iu. et hoc propter iu. tu. do. futura vbi
ſe ſciūt ad beatitudinē venturas. q. d. le
tet eccleſia. etſi laborēt mō iuſti int ſpi-
nas: tñ exul. propter hoc qz nō errat de
us in iudicando ſed diſcernet oia grana
a paleis. Concrete ergo nati diſcrete vi-
uant. nō temere mō iudicent. eoꝝ ē mo-
do colligere. dei vero ē ſepare: nūc meri
to: in futuro premio. Illi qui intus ſūt
letent. vos aūt reprobi in quoꝝ medio
ſuſcipit miſiricordia qui extra eſtis. rem
ſacroꝝ nō hñtes. Circūdate nō ſcandal.
ſed honores exhibendo et ꝯple. charita
te eā ſyon. i. bonos et narr. i. predicate
alijs laudes eius. et hoc in tur. eius. i. in
altitudine munitōnū eius. i. in ꝯcordia
aploꝝ qui ſunt turres huius ciuitatis.
Sicut eñ in actuali ciuitate turres ſunt
ad munitionē: et ad puidendos hoſtiū
incurſus et ad loquendū exteris. Jta in
hac ciuitate bñ ſunt turres apoſtolice:
que ſunt munitiones ꝯtra hereticos ⁊ al
titudines. Uñ. i. de quibus exteris ē lo-
quendū vt poſſint exteri audire. Ne ve-
ro p letitiā remiſſi lenteſcant in virtute
eccleſie monet corda ponere. Uñ ſbdit.

## Ponite corda ueſtra in uirtute eius et diſtribuite domus eius: ut enarretis in pgenie altera.

Ponite cor. ve. q. d. narrate. Nō ita vt
habeatis formā pietatis et virtutē eius
negetis. ſed ponite cor. ve. nō mō ora in
vir. et. i. in charitate. virtus eñ ciuita
tis eſt charitas quā nihil vincit. Uñ Sa
lomon. Dilectio fortis eſt vt mors et ha
bita charitate diſtri. i. diſtinguite do.
ei. domū ſcz a domo que habet formam
tñ: et que cū forma habz pietatem: et no
lite ꝯfundere quaſi vnum ſint. Quaſi di
ceret. Si charitatem habueritis: non te-
mere iudicabitis. et videbitis malos nō
obeſſe bonis. Uel ita. diſtribuite domos
eius. i. domos circunciſionis et prepu-
cij vt Paulus eat in gentes. Alij in circū
ciſionē. Diſpenſationem quidem diuiſe
runt. ſed charitatē vinxerunt. Hoc ma-
gis ꝯuenit. i. hec ſententia melius littere
ꝯuenit vel ꝯgruit vñ ſbdit vt ſic o pre-
dicatores enarretis in progenie altera.
. i. vſqz ad poſteros. Uel ſic ſm aliam lit
teram. et diſtribuite gradus eius. i. of-
ficia diſtincta ordinatione diſponi-

te.ſ.preſbyteros.dyaconos.et huiuſmoi
vt p eos enarretis magnalia dei in pge.
alte.ſ.chriſtiano populo.qui ē ſcdus ab
hebreo.quem primo elegit dominus.

**Quoniam hic eſt deuſ deus no
ſter in eternum ⁊ in ſeculum ſe
culi: ⁊ ipſe reget nos in ſecula.**

Qm hic ē. Hic oſtēdit q narrandū eſt
Breuis ē ſnia.ſꝫ que oia concludit. Q.e
narretis hoc.ſ. Qm hic ē.ſ.chriſtus. pre
ſens in ťris viſus.⁊ cū hoibus ꝯuerſatus
eſt.deus deus noſter.⁊ſi in hoie latet.et
hoc: in eternum nō ad tpus vt falſi dij
Hoc dicit ꝯtra eos qui tpales hoies de
os faciebāt.⁊.p.i.i ſeculū ſeculi ⁊ ipſe re
get nos. ne cadamus. qꝛ rex ē chriſtuſ
Eſt enī deus.⁊ rex noſter.qꝛ deus ē.ꝓte
git ne moriamur.qꝛ rex ē.regit ne cada
mus.⁊ hoc in ſecula.id eſt ſine fine.

~~In finez filijs chore ps dauid~~

In finem filijs chore pſalmus
dauid. Agit hic ꝓpheta de a
matoribus huius mūdi. oñdēs
eos cū gloria ſua pituros.⁊ ō
chriſto redēptore.nō illoꝝ.ſꝫ ꝯtentorū
mūdi redarguēs illos. qui colūt deum
vt hic eis bñ ſit.qui murmurant ⁊ blaſ
phemāt deū.qꝛ mali florēt.⁊ ipſi premū
tur. Q.deus hec ignoret.vel non curet
ne ipſe laboret vidēdo vel corrigēdo.
Cōtra hos loquiť hic ꝓpheta filijs cho
re.⁊ ē ſenſus. Pſalmus iſte dauid tēdēs
in finē.id ē in chriſtū cantať filijs chore
Intentio: monet vt delictus in mūdo
nō appretieť elatos. Modus quattuor
ſunt partitiones. Primo: attentos fa
cit ad noua ⁊ ad ingētia que dicturus ē.
Scdo incipit ꝓſequi illa.dicēs qd chri
ſtus nō redimet impios ibi. Cur: time.
Tercio: dicit que impijs et iuſtis reddē
da ſūt ibi. Sicut oues. Qrto: āmonet
ne timeanť potētes. Qui oia cū luce re
linquunť ibi. Ne timueris. Primo ergo
reddens attentos ait.

**Audite hec omnes gen
tes: auribus percipite
omnes qui habitatis
orbem.**

Audite hec que dicturus ſū. Hic attētos
facit.oēs gētes.id ē oēs iiqui. Hec iam
hodie que hic dicunť p recitatores vbi
qꝫ audiunť. Videmus eni hūc pſalmuz
qui añ nō recitabať niſi in vna gente iu
deoꝝ.nūc recitari p totū orbē terrarū.ſ.
p oēs eccleſias. et auribus audiēdi perci
pite. Q.nō trāſeuntes audiatis.oēs qui
hitatis orbē.id ē oēs iuſti qui ſunt dñi
nō ſerui reꝝ.hitant eni orbē qui nō tenē
tur ab orbe nec eius erroribus implicāť
poſtea.qd dixerat exponit dicens.

**Quique terrigene ⁊ filii homi
nuz: ſimul i uuū diues ⁊ paup.**

Quiqꝫ terrigene.⁊c. Accipiēs p terrige
nas iniquos.⁊ p filios hoinum iuſtos
Vel ita vt p gentes et inhabitātes cōiter
oēs homies accipiat ſic. Audite hec oēs
gentes nullum excipio. quia non acci
pit deus perſonas.omnibus preſto eſt
ipſe ⁊ generale beneficium eſt.incarna
tio.et vt manifeſtius fiat quod dixit.ad
dit.auribus audiendi percipite oēs qui
habitatis orbez. Quiqꝫ.⁊c. exponit hic
per partes quos ante vocauerat.terri
gene.id eſt iniqui. Terrigene ſunt.qui
vitia terrena ſequuntur. Quaſi geniti a
terra. Hi ſunt in parte ade qui fuit ho
mo.non filius hominis.⁊ filij hominū
audite.id eſt iuſti qui ſūt in ſorte chriſti
qui fuit filius hois.cuius geſtāt imagi
nē.poſtea addit. Quiqꝫ.ſ.terrigene.⁊ fi
lij hoiuz. Ad vtrūqꝫ eni referť ac ſi dicat
Nulli ſermonē ſubtraho. Audiat heres
ťre ꝓpter iudiciū.i.vñ iudiceť.vt ſic ti
meat.⁊ iuſtus ꝓpter regnū.i.vñ regnet
vt ſic diligat. Poſtea ſequiť breuis ex
plicatio iſtoꝝ cū ſbdiť.diues ⁊ pauper
Diues referť ad terrigenas.paup ad fi
lios hoiuz.et ē diues.i.ťrigena.et pau
p. id ē filius hois audite.qui eſtis ſil'in
vnū.id ē nō ſepati vſqꝫ ad meſſez.qñqꝫ
non ſimul eritis quando ſeperabuntur
zizania a tritico.oues ab hedis. Audiāt
ergo nūc ſil' i vnū.i.nō ſepati.⁊ paſcāť
ſimul hedi et agni.donec veniat qui ſe
greget alios ad ſiniſtrū alios ad dexťaz.

**Os meũ loquetur ſapiãꝫ: ⁊ me/ditatio cordis mei prudentiaꝫ.**

Oſ meũ. Cõmẽdat dicẽda. q. d. iõ audite qꝛ. Os meũ. loq. ſa. i. chriſtũ. Sapia ad diuinas res ꝑtinet. et ne putes eum ſolo oꝛe et nõ corde loqui: addit et medi. coꝛ. m. lo. pru. ſ. d moribus qd eſt in futuro ꝓuidere. Prudentia eñ ad īſtruendos mores ꝑtinet. In his duobus omnis ſermo diuinus indicatur. nec hoc a me. ſꝫ:

**Inclinabo in ꝑabolã aurẽ meam: apiam in pſalterio propo/ſitõnem meam.**

Inclinabo. au. meã. in pa. i. humiliabo me veritati iuſtus loquẽti. que docet me loqui per ꝑabolas. ne omnibus pateat. Vel Incli. au. m. in pa. i. humiliabo me veritati. que ꝑabolas. ⁊ enigmate ma docet. videmus eñ nunc per ſpeculũ et in enigmate. Quicquid eñ modo videmus ꝑ enigma eſt. et apiam in pſalterio. i. factis oſtendaꝫ. ꝓpoſi: m. i. quid mihi pre omnibus ꝓpono. i. eternã beatitudineꝫ et eſt ſenſus factis oñdam. qd dico:

**Cur timebo i die mala: iniqui/tas calcanei mei circũ dabit me**

Cur timebo. Secunda pars. vbi incipit narrare que ſupra ꝓmiſit dicẽs. ꝙ chriſt⁹ ñ rediet ipios. hic ꝓpheta ĩ ſua pſõa generalẽ agẽs cãm qrit cãꝫ dãnatõis. ⁊ tioris maloꝝ. que eſt iniquitas. et hoc eſt: Cur timebo in. d. m. i. in die iudicij que dicitur dies: quia tũc omnia apta erũt et mala: qñtum ad iniuſtos qui tunc dãnabuntur. Ecce Cur timebo: quia iniquitas. ⁊c. i. ꝓ iniquitate timebo qm vitare poſſum: q. nõ eſt qd timeam. i. qd timere me opoꝛteat ſi volo. cũ iniquitatem que eſt cauſa timoꝛis vitare. in mea ſit poteſtate. ꝓ qua tñ timebit in die nouiſſima que erit damnatis mala. ñ iuſtis. Juſte ergo punietur quicũqꝫ nõ vitat: cũ poſſit: et hoc eſt: ideo timoꝛ. quia iniquitas cal. m. circundabit me. Alludit verbis que i geneſi dñs ſerpenti dixit. Inimicicias ponam inter te et mulierem. ipſa ꝯteret caput tuum et tu inſidiaberis calcaneo eius. In ſingulis noſtrũ eſt hec mulier et vir ei⁹. Eua eñ caro noſtra ẽ. que ſeducit virũ. i. rationẽ ꝑ ꝙꝫ carnẽ labitur hõ qui lapſus per calcaneum hic ſignificat queꝫ obſeruat diabolus vt deijciat. vel ꝑ calcaneum finis vite intelligitur cui diabolus maxime inſidiatur. per caput ſerpentis initium diabolice ſuggeſtionis: hic dicitur illa obſeruabit caput tuum o ſerpens. i. initium ſuggeſtionis. ne veniat delectatõ et conſenſus et tu eius calcaneum obſeruabis. i. lapſum carnis. vel finem vite: vt inſidieris. et hoc eſt. iniq. cal. m. i. que mihi ẽ ex lapſu carnis. quẽ obſuat diabol⁹. obſuat ei diabol⁹ qñ labaris vt deijtiat te: tu obſerua caput ei⁹ i. initium ſuggeſtionis. Vel iniquitas. calca. que mihi erit in fine. circunda. me i. opprimet me ⁊ faciet me timere. Hi ſũt quos circũdabit iniquitas calcanei. ſ.

**Qui confidunt in uirtute ſua et in multitudine diuitiarũ ſuarum gloriantur.**

Qui confid. in vir. coꝛpoꝛis vel animi. in diuitijs. in amicis. in quibus ſumma omniũ terrenoꝝ concludit. Q. d. timoꝛ eſt: de iniquitate. iniquitas vero de terrenis. in quibus adeo ſtulti ſunt. Quia alij ſunt. qui confi. in vir. ſ. i. preſumũt in v̓tute ſua coꝛꝑali vel ingenij et alij q̃ glo: in multi. di. ſ. i. qui gloꝛiantur de diuitijs multis. vnde ſuꝑbiunt. vnde eñ magis inflatur homo ꝙꝫ de diuitijs: Et nota quia poſt intrinſeca que noĩe virtutis ſignificauit. poſt exterioꝛa que intelligit per diuitias. et alij ſunt: qui ꝯfidunt in aicis. Hoc ſbintelligẽdũ ẽ. ſꝫ fruſtra. qꝛ.

**Frater ñ redimit redimet hõ: et ñ dabit deo placationẽ ſuã.**

Frater carnalis ad litterã. nõ redi. eum et vere non. quia an. redi. eum homo purus: Q. non quia non dabit. frater vel alius homo. deo pla. ſuã. i. vñ de⁹ placet. Vel ita ab illo loco. Qui ꝯfidũt. Q. d. Jõ timẽdũ ẽ iniq̃tate circũdato ꝙ ꝑ par

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

tes iniquitatis exponit. ſ. quē circũdet ĩi
quitas: cũ ait. Qui ↄfidũt ⁊ gloriãt ⁊ c.
quia eos. ſ. qui cõfidũt ĩ vir. ſ. et ĩ mul.
diui. ſ. glo. hoc nõ mutat. Frater id eſt
chriſt⁹ ſub admiratõe ꝓnũciandũ: qui ē
ꝑmogenitus ĩ mltis fratbus. Et qui pt⁹
reſurrectõe3 dixit. Vade et dic fratribus
meis. ille inquã tant⁹ frater nõ redimit.
et ſi ipſe frater. i. chriſtus nõ redimit.
redimet homo: quia ſauciauit: Q. nul
lus hõ redẽpturus eſt. Qui ergo in hoc
fr̃e cõfidit: nõ timebit ĩ die mala vt alij.
Ideo nõ redimet hõ. q2 nõ dabit hõ deo
pla. ſuã. i. vnde placetur.

**Et preciũ redemptõis anime ſue: et laborabit in eternu3: et uiuet adhuc in finem.**

Et nõ dabit preciũ re. a. ſ. i. vñ redimat
aĩa homĩs: q2 nulla oblatõ poteſt cõpē
ſari precio chriſti. vel ideo fr̃. i. chriſtuſ
non redimit talē: q2 iſte tal' qui cõfidit ĩ
ꝟtute vel diuitijs vl' amicis: nõ da. deo
pla. ſ. i. qua flectat deũ ꝑ pctis. Et ñ da.
pre. re. a. ſ. i. elemoſynas quib⁹ r̃dimat
aĩam. et iõ hic tal'. labo. ĩ eter. labor ve
ro nõ finiet. vita hec finiet. viuet tñ ad
huc ĩ fi. i. pt⁹ finē vite viuet ſm aĩa3: q2
nõ ꝑibit aĩa cũ corꝑe: ſ3 dolori reſerua
bit: vſq3quo accepto corꝑe vtrũq3 cru
cietur. Ideo laborabit. quia.

**Non uidebit interitũ cũ uiderit ſapientes morientes: ſimul inſipiens ⁊ ſtultus peribunt.**

Nõ vide. inte. i. nõ ĩtelliget quid ſit ve
rus ĩteritus. et hoc cũ vide. ſa. mo. i. q2
videt eque mori bonos et malos. Dicit
eñ ſi ſapiens qui pie colit deũ mortu⁹ ē
⁊ nõ põt euadere. cur ſequerer eũ: facia3
mihi bñ dũ viuo. et ita neſcit iſte: quid
ſit verus interitus: qui ei ĩminet etern⁹.
cũ ſapiens trãſit ad vitã. ſed inſipiēs. i.
qui ſibi nõ ꝓſpicit ĩ futuro. et ſtultus. ſ.
qui neſcit: in quo malo nũc ſit. vel ĩſipi
In finē pro po. qui a ſan. longe factus eſt in tituli ſcrip. ipſi Dauid. cū tenerent eū Allophili i Geth. Titulus iſte partim ſumptus eſt de euangelio. partim de veteri te. In euangelio nanqȝ legit̄ q̄ Pylatus ſuperpoſuit crucifixo dn̄o titulum. ſcriptū hebraice grece et latine. quem cū quidam iudeoꝝ vellent delere dicentes. Noli ſcribere Jeſus Nazarenus Rex iudeoꝝ. ſed quia hic dixit: ego ſū rex iudeoꝝ. Rn̄dit Pylatus. Quod ſcripſi ſcpſi qꝛ prophetatuȝ erat p ſpūmſanctū in titulis alioꝝ pſalmoꝝ. Ne corrumpas tituli inſcptionē qua Chriſtus rex omniū monſtrabat̄. Hoc de euangelio eſt. Legitur aūt in libro Regū q̄ Dauid fugiens Saulē venit ad Achis regē Geth que eſt ciuitas Allophiloꝝ. vbi legit̄ fuiſſe pegrinus ſed non retentus. Per Dauid ergo hic intelligit̄ Chriſtus ex eius ſemine natus. quē olim in ſe et nūc in membris tenent Allophili. i. alienigene ſcȝ pſecutores chriſtiani nomis in Geth. i. in torculari. ſcȝ in preſſuris tribulationū. que dicunt̄ torcular quia vtiles ſunt. Per ea eñ merita ſanctoꝝ augent̄. et vinū iuſticie emanat. et ſūt idē Allophili et populus: qui a ſanctis longe factus eſt. Et eſt ſenſus tituli. Pſal. iſte tendens in fi. i. in Chriſtū eſt, p populo ſaluando. Vel pro populo. i. ꝯtra populū ſcȝ qui a ſan. lō. fa. eſt propinq̄nt aūt eis ſcȝ ſanctis qui Chriſtū recipiūt in ti. inſcrip. populus qui a ſanctis longe fit in tit. inſcrip. cui ꝯtradicit tā iudeus q̄ȝ oīs qui non vult hr̄e regē Chriſtū. et ipſi idē ſūt qui tribulant eccleſiā. i. allophili. Tituli inſcrip. dico facta ipſi Dauid. i. Chriſto. vel mutata ſm volūtateȝ iudeoꝝ ipſi Dauid. i. Chriſto. Voluerūt eñ mutare ſed nō eſt factū. Tituli eñ inſcriptio etſi populus inſtaret nō eſt deleta: qꝛ prophetatū eſt in alio pſal. ne corrūpas tituli in ſcpti. Populus qui longe a ſanctis fit ſunt pſecutores qui eccleſiā calcant ſicut vuas vt vinū iuſticie exeat. Nota qꝛ huc uſ qȝ eſt de euangelio. qd̄ vero ſequit̄ ſcȝ cū tenuerūt ꝛc. eſt de veteri te. Q. d. idō longe factus eſt populus a ſanctis cuȝ. i. qꝛ allophili. i. alienigene ſcȝ pſecutores tenuerūt eū ſcȝ Chriſtū in capite et in membris in Geth. i. in torculari. Legit̄ ad litterā. Dauid in illa ciuitate pegrinus fuiſſe ſed nō retentus. ſed Chriſtus ex eius ſemine natus nō ſolū olim in ſe ſed etiaȝ adhuc i corpe ſuo tenet̄ in preſſuris que vtiles ſunt vt vua ante torcular integra eſt ſed nihil indē emanat. cū vero premit̄ ſterilis nō eſt: quia vinū exit. Intentio prophete ē ꝯfirmare eccleſiā ꝯtra pſecutores. Modus. Triptitus eſt pſal. Primo orat eccleſia velut vua ab allophilis preſſa. ſūmatim tangens tribulationes. in quibus p ſpem dei finit ſe nō timere. i. in fine p̄me ptis dicit ſe nō timere. Secūdo enumerat mala que ſuſtinendo fit ꝛ īimicoꝝ ꝯuerſio ibi. Tota die ꝛc. Tercio iā de malis ſeculi libera in futura beatitudine. vel etiā hic laudē ſe cantare pmittit ibi. In me ſūt. Eccleſia ergo tanq̄ȝ vua preſſa in torculari clamat O

**Miſerere mei deꝰ qm̄ ꝯculcauit me hō tota die ipugnās tribulauit me.** Deꝰ mi. m̄ ne deficiā in ꝯculcatōne. quare clamas: qm̄ hō ſcȝ qui lon. fa. eſt a ſan. ꝛ nō ſolū hō ſed et diabolus. d̄ quo in euan. d̄r: inimicus hō hoc fecit. ꝯcul me. ſic vuā in torculari vt vinū exeat. idē repetit aptius. ipu. hō viſibilit̄ et diabolus iuiſibilit̄. vñ piculoſior ē. tri. me to. die. i. toto tpe. nullus eñ viuit in Chriſto ſñ tribulatōne. ꝛ hoc ñ merito meo quid̄ faciūt. ſed qꝛ ſūt

**Conculcauerūt me inimici mei tota die: qm̄ multi bellātes aduerſū me.** Ini. m. qui ſcȝ lon. ſūt a ſa. hij ſūt ſcȝ mēbra diaboli et iſti ꝯcul. me. q̄ſi pedibus vuā to. die. Dico mi. et nēc ē vt miſerearis qm̄ mul. bel. ſteterūt adu. me et ipſi idē ſūt alti. ñ diu tñ ſed die. Sȝ

**Ab altitudīe diei tiebo: ego uero i te ſpabo.** Time. ego ab al. d. i. ab altitudīe illoꝝ q̄ me ꝯcul: q̄ alti ſūt ſed ñ diu ſȝ die. i. tiebo a potētia eis ad horaȝ data: q. ñ. Altitudo diei mūdus ē. i. mūdana altitudo vbi ē ſupbie tumor. vt autem grauior ſit. i. eſſe oſtendatur tribu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

latio.dicit ſe a ſupbis ꝯculcari. nõ time
bo.ſed potius ego ſperabo in te. in quo
nulli ſpanti timendũ eſt. Vel aliter po-
teſt legi et diſtingui littera manente eo-
dem ſenſu.q.d.ꝯculcauerũt me inimici:
qui multi ſunt.ſed qm̃ multi bellan.ſũt
aduer.me.timebo ab altitudine diei:nõ
ſed ſperabo in te.Vel ita ſꝫm aliã litterã.
que eſt.Conculcauerũt me im.me to.die
ab altitu.diei: Hic diſtingue.Sequit̃.
qm̃ multi qui debellant me timebũt.ego
vero in te ſpera.Hec littera ſic exponit̃.
Concul.me inimi.mei to. die.et hoc: ab
alti.dieiͥ.i.qꝛ diem.i.chriſtũ in altũ lu-
centẽ nõ cognouerũt. Chriſtns eñ dies
eſt.huius diei hoꝛe ſunt.xij.apoſtoli.vñ
ipſe dñs ait.Nonne duodecĩ hoꝛe ſũt di
ei:huius diei altitudinẽ inimici nõ po-
tuerũt attingere.vñ in paſſione Chriſti.
Tenebꝛe facte ſunt.Vel ꝯcul.me ab alti.
diei.i.qꝛ alti ſunt qui ꝯculcant.licet ad
hoꝛã ſcꝫ die nõ diu. ſed nõ ſunt timendi
qm̃ multi qui debellant me timebũt.ͥ cũ
dies eoꝝ tranſierit ſcꝫ finito tpe altitudi
nis ſue:ego veroͥ nõ dico nõ timebo.ne
videar de me pꝛeſumere ꝑ ſtultã arrogã
tiã.ſed ſpe.in te.ͥquod ẽ cauſa nõ timẽ-
di.ͥNõ timet aliquis duricia coꝛdis vel
ſupbia.qui eſt ſimilis ſtupido. Stupoꝛ
eñ eſt qui nõ ſentit.nõ ſanitas. ¶Et no-
ta tres eſſe affectiones coꝛpis.ſcꝫ ſanita-
tẽ:ſtupoꝛẽ:immoꝛtalitatẽ.In ſtupoꝛe ñ
dolet coꝛpus.ſicut nec in immoꝛtalitate
ſed in ſtupoꝛe nõ dolet qꝛ nõ ſentit.in im
moꝛtalitate qꝛ plene firmatuꝫ eſt. Sani-
tas vero ſi moleſtat̃ doloꝛẽ habet. ſed ñ
ideo putet ſtupidus ſe viciniorẽ immoꝛ
talitati:eo qui ſanus eſt. Ita et tres ſunt
affectiones anime ſcꝫ.puida cautela:ſtul
ta arrogantia:gloꝛia ſecura. Stulta ar-
rogantia ſimilis ẽ ſtupoꝛi:qñ quis de ſe
pꝛeſumens:nec timet:nec cauet.ͥIſte er-
go ne ꝑ ſtultã arrogantiaꝫ videret̃ ſimil̃
ſtupido.nõ ait nõ timebo:ſed ſpe.in te.

**In deo laudabo ſermones m̃os in deo ſpeꝛaui: non timebo quid faciat mihi caro.**

Laudabo ſer.in deoͤ ei tribuens qđ bene
loquoꝛ:qꝛ ab ipſo habeo ſermones.Di-
co meosͤ qꝛ accepi.q.et dei ſũt qꝛ dat. et
mei ſũt qꝛ accipio.Dixi ſpabo·ſed et añ.
.i.iã pꝛidẽ ſpaui in deo ideo nõ timebo
ſpe futuri.nõ timet iſte qui videns mala
ſeculi ſuperius foꝛmidans oꝛabat.nõ ti
mebo dico:quid faciat mi.caro.qꝛ ſi cal
cat vinũ exit de calcatura.

**Tota die uerba mea exercebã tur aduerſum me: omnes cogi tationes eoꝛum in malum.**

Tota die. Secũda ps vbi enumerat ma
la que ſuſtinendo:fit.et inimicoꝝ ꝯuer-
ſio.vñ et ꝑ ſpem dei ꝯcludit ſe nõ timere
ſicut ꝑ̇us fecerat. Dico nõ timebo quid
faciat mihi caro.Quid ei caro facit: To
ta die exer.ver.mea etſi a deo ſint et om.
cogit.eo.exiſtentes in malũ.qꝛ nil boni
tractant.ſunt aduerſũ me.ͥCũ eñ verba
reſp uunt̃: pſona dicentis nõ eſt immu-
nis ab iniuria: Si panem ipſũ abomi-
nant̃.vaſculo in quo miniſtrat̃ quomo
do parcunt:

**Inbábitabunt ⁊ abſcondent: ipi calcaneum meum obſerua bunt.** Inbabita.ͥvel incolẽt.alia litt.
Q.d.Cogitationes eoꝝ ſunt in malũ.et
he ſũt abſconſe. et hoc ẽ.et incolẽt et ab-
ſcon.i.qꝛ pegrini ſũt in hoc mũdo vbi ñ
ẽ niſi pegrinatio et incolatus. vbi nul-
lus videt coꝛ alterius. Quicq̃ mali co
gitant abſconſũ eſt. Vel ita:et agit de fic
tis fratribus qui latent̃ ſbintrant vt no-
ceãt.q.d.quidã apte ĩpugnãtͥ Sꝫ ex his
aliq̃ qui lõge ſũt a ſanctl.q̃ ſcꝫ ficti. Inb.
vel incol.i.ficte ſbintrabũt et abſcõ.do-
los.ͤqꝛ nẽ audent palam ꝯtraire.ͥet hi
peius nocẽt q̃ꝫ apte mali vt et iudas qui
diabolus erat elect⁹ ẽ cũ alijs.xj.ad tps
ĩcoluit.elegit eũ qui nouerat:nõ ad op⁹
ꝓbatõnis vt ceteros.ſed ad op⁹ tentatõ
nis vt daret tibi neſciẽti quos eligas ſo-
latiũ vt toleres ſic̃ ille. Si ei õ te falſa di
cũt celũ nõ auferũt nec iſti nocẽt.ͥet ipſi
tales obſer.cal.meͥi.pedẽ ad lapſũ vt ca
lũniẽt̃.Aucupãt̃ ei v̓ba oĩa querẽtes ali
cubi laqueos ⁊ nodoſas facẽ calũnias q̃-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

bus tñ ipſi ꝑus capiunt vt ꝑeant ꝗ̃ alios capiant ut ꝑdant. Vel obſer. cal. me. .i. finẽ vite: quia ſm finez iudicamur. iõ diabolus inſidiat calcaneo.

Sicut ſuſtinuerunt animã meam ꝓ nihilo ſaluos facies illos in ira populos confringes.

Sicut ſuſtinuerũt. Q. d. hoc agũt. Sic .i. vtpote illi qui ſuſtinuerũt ani. me. tã quã graue pondus. i. vtpote illi quibus grauis ſum etiã ad videndũ. Vñ in libro Sapientie. Opprimamus virũ iuſtum. Grauis eñ nobis eſt ad videndũ. Illi tales ſunt. ſed tñ tu ſal. fa. il. o dñe. et hoc. ꝓ nihilo. Vel ita ſm aliã lit. que eſt. Sicut ſuſtinuit ani. me. ꝓ ni. ſal. fa. ill. Loquit hic eccleſia Chriſto dicens. Aia mea ſuſtinuit foris latrones et intus abſcondentes. et ſicut ego ſuſtinui ſic tu Chriſte ſal. fa. il. .i. ſic tu ſuſtine et ora pro illis et ſalui erũt. Saluos facies dico. et hoc ꝓ nihilo: quia nullus tibi inde labor. quaſi nihil tibi inde ſit quia ſi deſperati ſunt verbo eos curas. Vel ꝓ nihilo ſal. fa. il. nõ ꝓ vllis eoꝝ meritis ſed gratis ꝑ pietatẽ. Vel ꝑ hoc ſaluabis: quia ↄfri. vel deduces po. in ira. ſcz dũ ꝑ flagella dei reſipiſcũt q ſcz terres tribulationib et ſic deducis eos ad te. Eſt eñ ira ↄſummationis qua filij flagellant ad correctionẽ. et ira ↄſumptõis qua mali puniũtur ad ꝑemptionez. Vel ↄfrin. po. in ira .i. dũ irã dei futurã preuident.

Deus vitam meam annunciaui tibi: poſuiſti lachrymas meas in conſpectu tuo. Deus vi. me. Nota ꝙ triplex eſt vita homĩs: ſcz nature qua viuimus: ſpiramus. Vita gratie: qua in Chriſto viuimus. Vita peccati: que in vicijs agit. Due ſũt a deo: q bone ſcz vita nature et vita grẽ. Tercia eſt ab homine: quia mala. Has omnes deo annũciare debemus. et ꝑmo de vita peccati. Vide qualit deo ſint annũcianda. Q. d. ↄfringes populos. et ego ad inſtitutionẽ eoꝝ o deus annun. ti. vi. meam que mala ſempꝰ fuit. vitã deo nunciat: qui peccata deo ↄfitet. nõ deũ docens ſz ſe damnans. vt ſic ſoluat. vel de vita nature et grẽ accipit ſic. Q. illos ↄfringes. ego aũt nõ vt ingratus annun. ti. o deꝰ .i. attribui vitã me. nature et grẽ q vtviuã tu feciſti. ideo tibi vitã meã ãnuncio non mihi vt alij id ſequant. Lucris eñ dei prodeſt vt alios imites ad accipiendã vitã. quã et accepiſti vt qui viuit iaz nõ ſibi viuat ſed ei qui ꝓ oĩbus mortuꝰ eſt. Ita ego et tu de. poſu. la. me. in ↄſpe. tuo. i. ſicut erat in ꝓmiſſione tua. i. exaudiſti me deprecantẽ ſicut ꝓmiſeras te. exauditurũ flentẽ: inueni te miſericordẽ in ꝓmittendo. veracẽ in reddendo. Attẽde ꝙpie lachryme ſũt que ꝓ inimicis orãt ꝛ iõ accepte ſũt deo ſicut ipſe ꝓmiſit. Vel ſic diſtigue lit. po. la. me. in ↄ. tu. hic diſtingue manẽte eadem ſnia poſt ſequit.

Sicut et in promiſſione tua: tunc ↄuertentur inimici mei retroſum. Sic et in ꝓmiſ. Q. d. ſaluos facies et ↄfriges. Si. ẽ in ꝓ. t. qua ꝓmiſiſti Abrahe. In ſemine tuo bñ. om. gen. et tũc ſcz qñ ↄfriges. ini. me. ↄuer. a ſuo errore. ita vt ſint retror. .i. ſeqnt qui perire volebant. Et:

In quacũqz die inuocauero te ecce cognoui qm̃ deꝰ meus es. In quacũqz die ſcz ſiue in puericia ſiue in media etate ſiue in fine vite. inuo. te. nõ aliud querens ꝗ̃ te. ecce cog. q. d. m. es. Ecce magne diuicie. Quantumlibet eñ auarus ſis ſufficit tibi deus. Etei auaricia terrã querebat poſſidere totã. adde et celũ: adde qd plus ẽ qui fecit celũ et terrã. Et ẽ ſenſus acſi diceret. Qñcũqz iuo. te audies me in quo mira dei clementia aduertit: que quodlibet tps ↄuerſionis nr̃e expectat. ꝛ qñcũqz rogat ſe indulget. ¶ Et nõ ꝙ ait de. m. es. q. d. et ſi oĩm deus: meus ꝓprie ꝗ̃ mihi ſbucis quẽ colo quẽ amo. Alij ſũt alieni. et iõ:

In deo laudabo verbũ in dño laudabo ſermonẽ i deo ſpaui nõ timebo quid faciat mihi homo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Laudabo verbū.i.doctrinā in deo ei at-
tribuendo. Idē dicit quod ſupra dixe-
rat ⁊ ſermonē.i.quicquid loquar laudabo
in dño.i.ei attribuā.etſi quid vrget.ſpe
raui in deo:⁊ ideo nō timebo ⁊c. Uel ita
In deo patre lau.verbū .i.filiū:quia
quicquid de patre ⁊ de filio dicit̄ ſcḋm ſbam
et de ſpūſancto. Hoc de potentia verbi
dicit̄ qua ē eternū et ↄſbale patri. poſt-
ea de humāitate eius ſubdit.in do.i.in
Chriſto qui verbū caro factū eſt.lauda.
ſer.i.predicationes.quibus regulaȝ vi-
uendi et ſaluteȝ mundo dedit. Hec duo
predicat iſte:ſcȝ potentiā verbi et huma
nitateȝ Chriſti. Uel ita vt trinitas notet̄
pſonaliter per tria verba que ponit. In
deo patre lau.verbuȝ.i.filiū:in do.i.in
ſpūſancto. lau.ſer.i.filiū:q2 quicquid ſcḋm
ſbam dicā de vna pſona:et de reliquis.
etſi quid vrget in deo ſpaui: mundana
contemno. et ideo nō time.quid fa.mi.
hi hō q2 et ſiqua que extra ſūt eripit:nō
que intus q2 nihil niſi mūdana eripit.
Idem eſt finis huius ptis qui et prime.

**In me ſunt deus uota tua que reddam laudationes tibi.**

In me ſūt deus. Tercia ps vbi eccleſia iā
de malis ſeculi libera in futura beatitu-
dine. vel etiaȝ hic laudē dei cantaturā ſe
dicit. Q.d.nō timebo:q2 vota tua o de-
us ſūt in me. Intus ſūt que a nobis ſiq̄
recedūt nō extra quero quid offerā:q2 ō
ara cordis:de cellario ↄſcie exit totū qḋ
charitate accendendū eſt. que vota ſunt
laudationes. Uel vota dico laudatio-
nis.alia lit. que vota reddā tibi in eter-
nitate.vel etiā hic. Ideo laudabo hic.

**Quoniam eripuiſti animam meam de morte ⁊ pedes meos de lapſu:ut placeam corā deo in lumine uiuentium.**

Qm̄ eri.ai.
me.de mor. q2 p me erā mortuus.p te ē
vita.quaȝ tibi enūcio:et pe.me.de lap.
Alia tranſlatio habet oculos meos a la-
chrymis et pe.me.a lap. Hoc in ſpe. Ad
hoc eripuiſti vt pla.co.deo. nō coram
alienis ſcȝ Allophylis qui longe ſūt a ſā
ctis qui nō hn̄t lumen vn̄ videant. Ego
dico exiſtens in lu.vi. In lumine ē qui
gratis deū amat qḋ nemo ſcit.nec etiam
diabolus.niſi ſolus deus. Uel de futu-
ro poteſt accipi ſic. Ideo laudabo in fu
turo.quia eripuiſti.i.eripies ani.me.de
mor. eterna:et ocu.meos a la.et pe.me.
a lap.vt pla.co.deo in lu.vi.hoc in fu-
turo. vbi nec peccando anima morit̄.
nec oculi flent mala.nec pedes labunt̄:
quod non eſt hic vbi etiā pfecte deo pla
cet.vn̄ addit:vt pla.co.deo in lu.viuē.
eternaliter.

## PSALMUS ·LVI·

**In fineȝ ne corrumpas uel diſperdas Dauid in tituli inſcriptione cū fugeret a facie Saul in ſpeluncam.**

In finē ne corrumpas vel diſperdas Da
uid in tituli inſcriptione cū fugeret a fa
cie Saul in ſpeluncā. Legit̄ in libro Re
gū q Dauid fugiens a facie Saul venit
ad tutiſſima loca Engadi:vbi abſcondi-
tus in ſpelunca latuit. Hanc hiſtoriam
tangit titulus: ſed hoc ab hiſtoria nos
retrahit quod de tituli inſcriptione di-
cit. Nullus eīn legit̄ titulus fuiſſe inſcri
ptus Dauid quē Saul vellet corrumpe
ſed Chriſto:qui de Dauid natus ē:inſcp
tus ē titulus quē populns iudeoꝝ volu
it corrūpe. ſed q2 p ſpūmſanctū ſcptum
erat.ne corrūpas ait Pylatus: qḋ ſcpſi
ſcripſi.cuius ſpelunca caro vel ſepulch
rū accipit̄.vbi latuit Chriſtus iucogni-
tus iudeis. Hoc ergo propheta p ſpūm
ſanctū futuꝝ preuidēs ait. Ne corrū.et ē
ſenſus. Pſal.iſte dirigens nos in fi.i.in
Chriſtū hoc agit ne tu Pylate vel tu qui
cūqȝ corrū.vel diſp. Dauid.i.Chriſtū in
titu.inſcriptione.i.negando Chriſtū eſſe
regē:quod tituli inſcriptō affirmabat ti
tuli inſcptione dico:mutata ſcḋm volūta
tē iudeoꝝ cū fugeret.i.quia fugit a facie
Saul .i.a ↄgnitione iudeoꝝ in ſpelūcā
carnis ſcilicet cum in carne tectus neſci-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

reſ. Si eṁ cognouiſſent nunq̃ꝫ dñm glo
rie crucifixiſſent. Uel mutare voluerunt
cū fugeret. i. quia fugit a facie Saul'. i. a
cognitione iudeoꝝ in ſpeluncā'. i. in ſe
pulchro tectus. quia eṁ a cruce vel a ſe
pulchro nō eripiẗ: nō putaẗ dei filius.
Et agit iſte pſalmus breuiter de paſſione
Chriſti ⁊ reſurrectione.' vbi Chriſtus ſm
qd̄ homo orat de paſſione. ita humilis:
vt vnus de fidelibus clamare putetur.
¶ Inten. monet ne quis titulo crucis ꝯ
tradicat ſed Chriſtū regē eſſe credat. Mo
dus. Triptitus ē pſal. Primo prophe
ta loquens in pſona dñi: quia dñs in eo
loquiẗ quaſi inẗ mala exclamat et predi
cit liberationē. Secūdo p quid ſit libe
ratus. et de quibus dicit ibi. Miſit deus
Tercio poſt reſurrectionē laudes ꝓmit
tit ibi. Paratū. Chriſtus ergo ſm qd̄ hō
orans ad pr̄em dicit.

# Miſerere mei deus miſe rere mei: quoniam in te confidit anima mea

Miſerere mei de.' Hoc chriſtus pr̄i dicit
ex nr̄o docens nos orare. qui cū pr̄e miſe
reẗ nr̄i. et repetit. miſerere mei.' Repeti
tio piculū oñdit magnū: ideo miſerere.
qm̄ in te ꝯfi. ani. mea.' Hec ē cā quare de
beat obtinere.

# Et in umbra alarū tuarū ſpera bo: donec tranſeat iniquitas.

Et invmbra.' Hic iā vox corpis adiungiẗ
capiti. et loquens in pſona membroꝝ et
ſua.' quomō poſſit liberari dicit. Et in
vm. ala. tu.'. i. in munimine materne pi
etatis ſpe. hoc et in membris iugiẗ facit.
Sperabo dico donec tran. ini' qd̄ in fine
penitus in membris ꝯplebiẗ. vſq̃ꝫ in finē
nanq̃ꝫ ſeculi nec iniquitas deerit premēs
nec iuſticia patiens. Dico ſpabo. et non
ero ocioſus. immo:

# Clamabo ad deum altiſſimuꝫ: deum qui benefecit mihi.

Clamabo ad de. al. i. quia altiſſimus eſt.
' ſed ſi eſt altiſſimus quomō audiet te cla
mantē? expiētia preſtat fiduciā. vnde ſeq̃
tur deū dico qui beneſe. mi. q.' exptus ſū
p hoc: quia et añ benefecit mihi. ꝙ et cla
mantē audiet. Si eṁ impios queſiuit q̄
eū nō querebant. et ꝓ impijs mori volu
it. clamantes qūo non audiet? Sequiẗ.

# Miſit de celo ⁊ liberauit me: de dit in opprobriū ꝯculcātes me.

Miſit de celo.' Hoc ꝑus in pſona eccleſie
ſic benefecit.' ita bene. ꝙ miſit pater ver
bum de celo'. i. de occulta eſſentia ſua et
de ſecreta cognitione angeloꝝ. et p hoc:
liberauit. i. liberabit me. Q. quia iam mi
ſit verbū certū eſt quaſi iā ſit qui libera
uit. i. liberabit. et dedit. i. dabit in opp.
ꝯcul. me. Uel ita in pſona capitis. ita be
nefecit: quia miſit mihi de celo' auxiliū.
' et p hoc libe. me ſuſcitando: exaltando
et ꝯcul. me' ſcꝫ qui mihi mortuo inſulta
uerūt. dedit in oppro. diſpſos vbiq̃ꝫ. et
maxime dū viderent eius reſurrectioneꝫ
adorari quē putabāt ſe extinxiſſe.

## Dyapſalma.

# Miſit deus miſericordiā ſuā ⁊ ueritateꝫ ſuā: et eripuit animaꝫ meā de medio catuloruꝫ leonū dormiui conturbatus.

Dyapſalma. Miſit deus miſe. Secunda
ps vbi iam declarat quid miſit et de qui
bus eripuit. et loquiẗ in pſona membro
rū. Q. d. miſit de celo.' Quid aūt miſit?
Miſit inquā deus pr̄ miſeri. ſuā'. i. chri
ſtū verbū patris. in quo miſericorditer
egit nobiſcū deus. quia Chriſtus nobis
ꝯpatiẗ.' et ex miſericordia ꝓ nobis mor
tuus ē. et iō diciẗ miſericordiā. et verita
tē ſuā. i. Chriſtū qui retribuit ſm merita
' et ex veritate ſurrexit ad iuſtificādū nos
vt predixerat. in quo etiā ꝓmiſſiones im
pleñẗ et iō dr̄ veritas.' vtraq̃ꝫ eteṁ in co
ꝯtineñẗ. nec vna ſine altera.' Si eṁ ſola
fuiſſet miſericordia. lnia eēt nob' peccādi
ſi ſola v̈itas n̄ potuiſſꝫ hō ſuſtiere. ⁊ eri.
hoc caput dicit. q. miſit v̈bū. ad hoc vt i
q̃ꝫ miſit.' et. i. qr eri. ani. me.' Ecce ipſe re
ſuſcitauit ſe. Chriſtus eṁ loquiẗ et ō miſ
ſo loquiẗ. ergo ad ſe. vñ eripuit? de me.
ca. le.'. i. ppl'i a pncipibus ſeducti. Quid
eṁ paſſus? Ecce dor. alta q̄ete facile exci

tandus: ſicut dormiens. Dauid ad litt.
nõ dormiuit in ſpelũca. ſed Chriſtus dor
miuit in morte: vñ manifeſtũ eſt hoc de
Chriſto accipiendũ. Dormiui dico: et ↄ-
turbatus. nõ vtiq; me turbato in ratio
ne. ſed illis turbantibus ſua opinione.
Vel ↄturbatus fui ſm carnẽ: paſſionis
timore ⁊ anguſtia. vñ. Triſtis ẽ aĩa mea
vſq; ad mortẽ. et alibi. Cepit Jeſus paue
re ⁊ tedere. Qui ↄturbauerũt: turbauerũt

**Filii hominum dentes eoꝝ ar
ma et ſagitte: et lingua eorum
gladius accutus.** Filij hominũ. i.
iudei qui filij hominũ eſſe deberent. Re-
ctus ordo verboꝝ eſt. Filij ho. laqueũ
ꝑauerũt. ſed interſerit qualiť turbauerit
dicens. dentes eoꝝ: i. roſiones ipſoꝝ fu-
erunt arma quantũ ad ↄſilia. et ſagitte
quantũ ad verba. Non ergo ſe excuſent
iudei: q2 etſi manus inermes: os arma
tũ eſt. vñ ſubdit. et lin. eo. gla. accu. dũ
clamant. crucifige cruci. Voces enĩ ille
ſcz crucifige et huiuſmodi citam fecerũt
mortẽ vt gladius accutus.

**Exaltare ſuꝑ celos deus: et ſuꝑ
omnem terram gloria tua.**
Exaltare ſu. ce. de⁹. Verba Chriſti ad pa-
trẽ. q. d. illi ita. ſed o deus pater exal. ſu.
ce. i. fac in me quo altus videaris ſuper
angelos. i. fac me reſurgere et aſcendere
et ꝑ hoc i omnẽ ter. dilatabiť gloria tua
. i. omnes habitatores terre te glorifica-
bũt. Vel ex ꝑſona prophete loquentis.
ad chriſtũ hec accipiunť. Superiora dñs
locutus ẽ: propheta quidẽ ſed in ꝑſona
dñi et merito: q2 dñs in propheta loqui
tur. qñ etiã ex ſua ꝑſona loquiť prophe-
ta: dñs per eũ loquiť qui ei dictat. Pro-
pheta ergo ꝑ ſpũmſanctũ viſis iniurijs
Chriſti. viſoq; ꝙ in chriſti reſurrectione
inanes facti ſũt iudei gaudens exclamat.
O chriſte qui videris tm̃ hõ in cruce pẽ
dens. Exal. vt appareas de⁹ exal. vt qui
pendens in cruce. in maieſtate cũ pr̃e re-
gnare ↄgnoſcaris. Nõ enĩ q̃ntũ ad ſe ſed
q̃ntũ ad hoĩes exaltať. Exaltare dico ſu.
ce. ad lit. qm̃ ſedet ad dexteram pr̃is: vt



iudicet iudeos in t̃ra. et ſu. ce. i. etiã ſpũ
ales q2 angelos habz ſubtus vt ſic: et in
om. ter. glo. tua dilateť. i. vbiq; exten-
dať: qḋ mõ ↄpletũ eſt. q2 totus mũdus
ei ſbiectus eſt.

**Laqueũ parauerunt pedibus
meis: et incuruauerunt animã
meã.** Laque. pa. Poſtq̃ interpoſuit ḋ
ſua exaltatõne ceptã narratõnẽ exequiť.
Filij ho. pa. la. q. lateť pe: me. Pedes
dñi ſũt icrepatões maloꝝ: et ꝓmiſſio-
nes fideliũ: quibus q̃ſi pedibus icedebat
cũ malos icrepabat: et bonis premia ꝓ-
mittebat quibus dolos ꝑauerũt iudei.
vt de adultera quã adduxerũt añ eũ vo
lẽtes eũ q̃ſi neceſſaria ↄplexione circũue
nire. vt vel ↄtrariũ legis teneret: ſi dice-
ret dimittendã. quã lex precipiebat lapi
dari. vel deriderent eũ q̃ſi mendacẽ ſi eã
morti adiudicaret. qui manſuetudinem
predicabat: et incur. a. me. dũ eis ↄpati
ens: ſterilis ẽ ab eis. Vel icur. a. me. i.
voluerũt q̃ſi de celo me ad inferiora de-
ꝓmere. Laqueũ ꝑa. ſed ñ me neſciẽte. nã

**Foderunt ante faciem meam
foueam: et inciderunt in eam.**
Fode. fo. i. ſñiam mortis iclamãtes añ
fa. me. q2 ſciebat totũ qḋ moliebãť. Hoc
factũ eſt. dũ in os eius dixerũt. reus eſt
mortis: et hoc agendo nõ mihi ſed ſibi
nocuerũt. vñ ſequiť et inci. in eã in ↄfoſ
ſa. i. cauteriata et obſcura ↄſcia cecati

Dyapſalma.

**Paratum cor meum deus pa-
ratum cor meum: cantabo et
pſalmum dicam.** Dyapſalma. Pa.
cor. Tercia ps vbi poſt reſurre. laudes
ꝓmittit. q. d. Jlle ꝑat foueã. ſed cor meũ
o de⁹ ẽ ꝑa. ad tolerantiã. iḋ ille icid. ego
cantabo. et repetit ad ↄfirmationẽ: ꝑa. ẽ
cor me. q. multũ. vel ꝑa. ẽ cor m. ad agẽ
das gr̃as et q2 gr̃a agũť v̇bo ⁊ ope: repe
tit ꝑa. c. m. vt alteꝝ ad op⁹ alteꝝ ad v̇bũ
referať ⁊ q̃liť diſtiguit cã. et pſal. di. i.
v̇bis gr̃as agã ⁊ opib⁹. que duo ꝓdicte
geminationi reddidit q2 ad vtrũq; ꝑa

r⁹. Poſtea aggratulando carnē alloqui tur dicens. O:

**Exurge gloria mea exurge pſal teriū et cytara: exurgā diluculo**

Gloria mea. i. o caro mea que es cā glorie mee exurge potenꝰ quaſi ad miraculū faciendū. aggratulatio ē q2 certus ē. vñ idē affirmādo repetit. aliud addens. ſubdit. Exurge pſal. ⁊ cy. ⁊ Pſalteriū a ſuperiori reddit ſonū. cythara ab inferiori. Per pſalteriū et cytharā vna caro Chriſti intelligiꝰ. et duo factoꝝ genera. Una ergo caro Chriſti ſurrexit ⁊ cū ea duo organa ſurrexerūt. In carne eñ chriſti duo genera ſūt factoꝝ ſcz miracula que ꝑ pſalteriū et paſſiones: que ꝑ cytharā ſignantur. et hec ſurrexerūt. q2 vtraq3 in gentibus predicanꝰ. Surrexit ergo pſalteriū et cythara et ꝯfiteꝰ dño. et hoc eſt. Exur. pſal. ⁊ i. caro diuina opans. et exur. cy. i. caro humana patiens. Exurge dico: q2 certus ſū etiā de hora. nā exur. dilu. hora reſurrectionis Chriſti hec eſt. vel exurge dilu. alia lit. Et ſic:

**Confitebor tibi in populiſ dñe ⁊ pſalmū dicā tibi in gentibus**

Confitebor tibi. ⁊ Hoc dicit Chriſtꝰ in mēbris. i. laudabo te in po. do. et pſal. di. tibi. i. celeſtē actū pſoluā tibi in gen. i. inꝰ gentes.

**Quoniam magnificata eſt uſq3 ad celos miſericordia tua: et uſq3 ad nubes ueritas tua.**

Qm̄ magnificata ē. ⁊ Oñdiꝰ hic cā ꝯfeſſionis et pſalmi. Q. iō ꝯfitebor et pſallā. Qm̄ magni. eſt mi. tua vſq3 ad cel. ⁊ i. q2 humanitas filij. ad lr̄am vſq3 ad celos ꝑ ducta ē: et ve. tua venit vſq3 ad nu. i. vſq3 ad predicatores. Nubes ſūt prophete et alij doctores ⁊ qui ipleti imbre ſpūſancti alios ꝯpluunt doctrinis. vñ Qui ſūt ij qui vt nubes volāt: et alibi. Mandabo nubibus meis ne pluant ſup eos imbrē. ⁊ Uel ita vt ꝑ celos angeli accipianꝰ ꝑ nubes predicatores quia celi ſupra nubes ſūt: vbi. i. in quibus celis ē ſedes angeloꝝ. et iō ꝑ celos bñ angeli accipiunꝰ Nubes ſūt inferiores celis. i. homies predicatores angelis inferiores qui adhuc in caliginoſa carne ſūt: qui hñt ſcie lumē in ſe ſed occultū: de quibus dñs choruſcat miraculis: tonat minis pluit doctrinis. Magiſ ergo ꝑtinz veritas ad celos. i. ad angelos et ad nubes miſericordia: q̄ꝫ ad angelos miſericordia: et ad nubes. i. ad predicatores veritas: quia angeli ſine caligine vident ſpēm veritatis. nec ibi opus ē miſericordia vbi nō eſt miſeria. ſed tñ et hoc ꝯgrue dr̄ vt veritas ad nubes: et miſericordia ad angelos referaꝰ: q2 veritas. i. cognitio veritatis que prepollet in angelis deſcendit etiā ad hoīes. nec ea deus fraudauit nos ad quos ipſa veritas carne opta a pr̄e genita venit. Rurſus angeli videnꝰ miſericordia nō indigere. ſed etſi angeli nō egēt miſericordia tñ dū hoīes miſeri ꝑ miſericordiā in reſurrectōne fient angelis pares vſq3 ad ce. i. ad angelos miſeri. dei aſcendit. Agentes ergo gr̄as dicamus cū propheta qui ſupra idē dixit.

**Exaltare ſuper celos deus: ⁊ ſuper omnem terram gloria tua.**

Exaltare ſup ce. de. ⁊ Iterat qd̄ añ dictū erat fidē nr̄am ꝯfirmās ⁊ ſup o. ter. gl. t.

## Pſalmus LVII

**In finem ne corrūpas uel diſperdas Dauid in tituli inſcriptōe.**

In finē ne cor. vel diſpdas Dauid in tit. inſcrip. Commendat hic propheta homini iuſticiā monens eū vere loqui iuſticiam. Eos quoq3 et maxīe iudeos redarguēs: qui nō vere iuſticiā loquūꝰ. Iudei ei qui ante dixerant. Magiſter ſcimus quia verax es: et a deo veniſti: mortē eius inclinauerūt. et regnū eius abiurauerunt dicentes. Nō habemus regem niſi ceſarē Qui hic redarguunꝰ. Et eſt ſenſus tituli Pſalmus hic dirigens nos in finem hoc agit. ne tu Pilate vel tu iudee diſperdas vel corrū. Dauid in tit. inſcp. i. ne neges Chriſtū regē quē ti. dicit. ⁊ Intent. mo

net:ne q̃s regno chriſti cõtradicat. Mo-
dus tractatus eſt ps. Prima ps ẽ exprobra-
tio iudeoꝝ ne nos ſilia faciamus. Scd̃o
que eis ſit retributõ dicit ibi. De⁹ cõteret.
Tercio oſtẽdit correctõ iuſtoꝝ de vltõe
iniquoꝝ ibi. Letabitur. Chriſt⁹ ergo lo-
quens contra iudeos ait. O

## SI uere utiq3 loquimini iu-ſticiam: recte iudicate fi-lii hoim.

Filij hoim. i. pphetaꝝ vos vti. lo. iuſ.
q̃i loq̃ cõſtat q2 oibus ẽ facile loqui iuſti
ciã quib⁹ vitas ſcͥpſit ĩ corde: qd̃ tibi nõ
vis alij ne feceris et ĩſauit ĩ tabul̃: q2 nõ
legebãt in corde vt voce foriſecus admo
ta: redirẽt preuaricatores ad cor et ĩtus
ĩuenirẽt qd̃ extra legerẽt. Dico loquimĩ
iuſticiã. Sz ſi ve loqui. iuſti. vt ſit iuſti
cia nõ labioꝝ ſz factoꝝ. i. ſi ẽ id in corde
qd̃ ĩ ore ẽ ergo rec. vel ta. iudi. In factiſ
cognoſcãt labia. Si ei alit agis q̃3 loque
ris bona loqueris ſz mala iudicas. Sic
eñi agis quõ iudicas: interrogat⁹ q̃d ſit
melius auꝝ an fides: prepõis auro fidẽ
Amic⁹ venit et nullo teſte auꝝ tibi cõmẽ
dauit diſceſſit: et mortuus hic heredẽ fi
liũ reliq̃t qui ignorat q̃d tibi pr̃ cõmẽda
uit. Te cogita alij ſilr̃ cõmẽdaſſe et nulli
dixiſſe et filiuz reliq̃ſſe. Quid ei velles a
tuo amico preſtari? reſpõdit: Quid tibi
rñdet cogitatõ? hoc iudica cũ filio aĩci
Sz aliud iubet auaricia q̃ cogitas auꝝ
negare heredi aĩci tui. Añ locutus eſ me
liorẽ eẽ fidẽ. Quid et ĩ iudicõ tuo meli⁹
duxiſti auꝝ: nõ ſic iudicaſti vt locut⁹ es
va locut⁹ es falſa iudicaſti. vitas videt
oẽs lq̃q̃ iuſticiã ne dicãt ĩiuſti: et oibus
clamat. Si ve iuſ. loq. ſi ñ falſe: ſi nõ ali
ud ĩ labijs: aliud ĩ corde: rec. vl̃ ta. iu. fi.
hoim. auro et ceteis tpalib⁹ fidẽ prepõi
te et alia h⁹mõi alr̃ ei eſtis hypocrite: ſi
dicitis magiſt̃ vax es ne iudicetis mortẽ
meã: q2 rex vr̃ ſũ vt titl̃s ait. Judei vero
ſic de chriſto iudicauerũt vt ficte locuti
de deo pbent v̾bis ſuis accuſantur

## Et ei ĩ corde ĩiquitates opami ĩ terra: ĩiuſticias ma⁹ urẽ cõcinãt

Et ei ĩ corde. Jd̃ ſic moneo vt recte ſcz iu
dicetis: q2 uobis ẽ ĩiquitas ĩ corde et in
ore et ĩ manu. ⁊ hoc eſt. Et ei opa. ĩiqui.
ĩ cor. Nõ poſſũt recte iudicare q̃bus in
corde et ĩ manu ẽ ĩiquitas: opamĩ dico ĩ
t̃ra. i. quia me terrã. i. hoiez cõſpicitis. vl̃
q2 terrã id ẽ t̃rena amatis. et ma. veſ. cõ
ci. q̃i ex multis partibus adunantes in-
iuſticias. Q. di. opera veſtra praue co-
gitationi concordant: quia manus ſeq̃-
tur cor. Si tamen manus deſit nõ ideo
ſine culpa es quia quidquid vis et non
potes deus factum imputat. Eſt aũt cõ-
cinnatõ ex multis partibus adunata p-
uerſitas. Vel ſcdm aliam litterã: iniuſtici
as manus veſtre connectunt. ſcz aliud
peccatũ alij adiungentes. Unde eſaias
Ve his qui trahunt peccata ſicut reſtez
longam: et bene peccata reſti compant̃.
Peccatis enim quiſq3 cõſtringitur que
tanquam vincula ligant hominem. Un
de ĩ fine dicetur. Ligate illi manus et pe
des ⁊ c. quia pro peccatis commiſſis co
gitatõne et opere peccator damnabitur
ſed et interim eiſdem ceditur. Unde do-
minus flagello de funiculis vel reſticu-
lis facto cedit vendentes et ementes ĩ tẽ
plo. Ecce iniqui ſunt et corde et manu.
Et vñ hoc eis? quia

## Alienati ſũt pc̃ores a uulua: errauerũt ab utõ: locuti ſũt falſa

Alienati ſunt peccatores. ſ. a veritate. et
ipſi dico peccatores a vulua matris: id
eſt ab ipſa origine: non quia extunc
peccauerunt ſed quia precognouit de-
us ab vtero illos futuros peccatoreſ vt
rebecce ait: cum adhuc pregnans eſſet.
Maior ſeruiet minori: quod ſubſequen
ter exponit. errauerunt ab vtero: id eſt
errare preſciti ſunt ab vtero. et ſicut pre
uiſum eſt accidit: quia locuti ſunt falſa.
Ecce iniquitas in ore: et non ſolum nõ
faciunt bona ſed nec audire volũt: quia
Furor illis ⁊ c. Vel ita ab illo loco. A-
lienati ſunt: et accipitur vulua vel vte-
rus charitas eccl̃e: in qua conuerſi con-
cipiuntur et naſcuntur: dum fidei ru-

ꝺimēta ſuſcipiūt:et paulatī nutunť:ꝺo
nec ī eis formata ṽitate aꝺ lucē generēť.
Et nota qꝛ ſicut carnalꝭ mř in ſobole car-
nali v. viciſſituꝺies obſuat et tpa:ita et
in ſpūali eꝺucatōe ſca eccleſia eaꝺ cuſto-
ꝺit. Prius eñ puer ꝯcipiť et in vťo na-
ſciť. Scꝺo ī vťo aliť. Tercio aꝺ lucem e-
mittiť. Quarto mřis manibuſ geſtať vt
creſcat. Quito ablactať vt aꝺ mēſā přis
acceꝺat:vt ſic valiꝺiori cibo alatur:ita
quos ſācta eꝺucat eccľa:prius q̄ī ī vtero
naſcunť.i.ꝯcipiunť:ꝺuꝫ ruꝺimēta fiꝺei
recipiūt in cathecīſino et exorciſmo. pt⁹
q̄ī ī vťo alunť:ꝺū illis ruꝺimētis pleni
us informanť. Tercio ꝑ baptiſmū et ali
orū ſacramētoꝝ ꝑceptōꝫ et ītelligētiā q̄ī
aꝺ lucē iā ī eis formata ṽitate generanť.
Quarto q̄ī manib⁹ eccľe portanť ⁊ lacte
nutriunť vel alunť:ꝺū ſimplici et faci-
liori eccľe ꝺoctrina ībuunť:ꝺōec a lacte
ſimplicis ſēſus acceꝺāt aꝺ menſā přiſ vt
valiꝺo veſcāť cibo.ſ.pane angeloꝝ.iꝺ ē
in ꝓncipio erat verbū:que etiā ī ſacram̄
tis celebrāꝺis hoꝺie obſeruanť. Dū eñ
q̄rta feria quarte ſeptiane militie chriſti
ane agoniſte chriſti vocanť: quaſi ī vťo
naſcunť. Inꝺe vſqꝫ aꝺ ſabbatū paſchale
quaſi ī vtero alūť. In ſabbato ꝑ baptiſ-
mū q̄ī aꝺ lucē generanť. Iñ q̄ī manibuſ
portanť et lacte nutunť:ꝺonec ī ꝺie pē-
tecoſtes ṽtute ꝑaclyti ꝺe alto inꝺuātur.
quo ablactati varijs līguis magnalia ꝺī
loquūtur. vñ abrahā ꝯuiuiū magnū ab
lactato iſaac fecit:qꝺ nō añ fecerat in cir
cūciſiōe et ī alijs.qꝛ tūc ꝑuulus erat. vñ
inť paſcha et pētecoſten:nulla ꝺifficilia
īꝺicunť.ſ.vt ieiuniū et ītēpeſte noctiſ vi
gilie:qꝛ ſoror nřa ꝑua ē et vbera nō hēt.
et chriſt⁹ ꝺiluculo ſurrexit. Iſti ṽo vľñ
ꝯcipiunť in vťo:vel nō naſcunť ex vťo.
et hoc ē.ali.ſūt pec.a vulua.eccľe que cō
uerſos ꝯcipit:et natos iā ī ſe.et ſi nōꝺuꝫ
natos ex ſe nutt: ꝺonec formeť ī eis veri
tas.et tūc ꝑfectos pariat.hi aūt vel no-
lūt cōcipi vľ cōcepti:quia ꝑ̄ipatiaꝫ ante
q̄ꝫ formētur q̄tiūt viſcera cōtraꝺicenꝺo
ꝺoctrine ṽitatis: abortiui excutiunť.er
go generet te mř:non abortiat.et tu eſto

patiēs:vſqꝫquo formeris.ꝯtineāt te mř
na viſcera:vſqꝫquo certa ſit ī te ꝺocťna
ṽitatis. Si aūt īpatiēs ꝯcuſſeris latera
mřis te excutit foras. ſꝫ magis tuo malo
q̄ꝫ ſuo. ſeq̄tur.erra.ab v.:qꝛ ꝯtraria mři
ſecuti ſūt.et iꝺ qꝛ errāt a vētre ī quo ē ṽi-
tas.locuti ſūt falſa.

## Furor illis ſcꝺꝫ ſimilituꝺineꝫ ſerpētis ſicut aſpiꝺis ſurꝺe: ⁊ obturantis aures ſuas.

Fu.ilľ. De hoc ṽo ſūt īexcuſabileſ.qꝛ no
lūt ṽitati creꝺere.⁊ hoc ē.fu.ē il.ſ.ſi.ſer.
qꝛ ira obſtiatoꝝ irreuocabiľ ē:c⁹ ſerpen
tis:ſi.aſ.ſur.:vñ ſurꝺa:Ecce.et ob.au.
ſu.:ťra ⁊ cauꝺa.ꝺr ei alteraꝫ aurē ťre af-
figere.alťaꝫ cauꝺa obſtruere ne vocē in
cātātis auꝺiat. Sic iſti ne auꝺiāt ṽa ob-
turāt aures auꝺiēꝺi.ťra et cauꝺa.i.pre
ťitis et p̄ñtib⁹ pcis.ťra ſūt p̄ñtia q̄b⁹ hō
ꝺlcāť.cauꝺa preťita pcťa. Et notāꝺ qꝛ ñ
lauꝺať a ſcp̄ťa vñcūqꝫ ꝺať ſilituꝺo:vt
ꝺ īiquo iuꝺice q̄ rogātē viꝺuā vix auꝺi
uit.quē ꝺñs ñ ꝯmēꝺat:ita et hic ſeq̄tur.

## Que ñ exauꝺiet uocē īcātātiū ⁊ uenefici īcātātis ſapiēter.

Que aſpis.qꝛ obťat aures.ñ ex.vo.icā.
:vt aꝺ lucē eꝺucat.et ve.icā.ſa.: q̄ꝫtum
aꝺ artē ſuā.ita et iſti ñ auꝺiūt vocē chri
ſti et apľoꝝ:q̄ ſūt īcātatores ſapiētes: vt
aꝺ lucē exeāt.vľ ſꝫm aliā lřaꝫ: meꝺicam̄
ti meꝺicati a ſapiēte.q̄ľſit vox īcātatoꝝ
his ṽbis oñꝺiť. Eſt ei meꝺicam̄tū meꝺi
catū:meꝺicam̄tū cōfectū. Meꝺicamentū
ṽo confectū eſt omia precepta legis et ꝓ
phetaꝝ.omnia precepta meꝺicamentuꝫ
erāt añ aꝺuentū chriſti: ſeꝺ nō meꝺica-
tum.quia nemo eo curabatur:ſeꝺ aꝺuē
tu chriſti meꝺicatū eſt qui impleuit legē
et ꝓphetas. Ligno eñ poſito in marach
ꝺulcorata ē aqua:vt poſſent bibere filij
iſrael.añ nō valentes guſtare pre nimia
amarituꝺine. Hec eſt legis amarituꝺo.
que gratia euangelij ꝺulcorata eſt. et
quoꝺ in ſacramentis legalibus latebat:
in luce poſitum eſt. et ꝺemonſtrata eſt
nobis ciuitas:conſtituta ſuper mon-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

teꝫ que abſcōdi nō pōt id ē eccl'a ⁊ lucer
na poſita ſup cādelabꝝ.i.doctrīa vita=
tis ē i māifeſto. Ubi ei latꝫ eccl'ia chriſti
et vitas chriſti? Nōne ipſe mōs q̄ creuit
ex mīmo lapide et ipleuit faciē t're: nōne
ipſe ſpens i ligno ſuſpēſus quē ītuēdo
ꝑcuſſi a ſpentib⁹ ſanāt'? Hic ē ergo ſapi
ens a quo medicatur medicamentū

**De⁹ ɔterꝫ dētes eoꝝ i oꝛe ipoꝝ molas leonum confringꝫ dn̄s**

De⁹ ɔte. Scd̄a ps vbi dicit que eis ſit re
tributō. Q.d. Illi ita cōtēnūt: ſꝫ de⁹ ɔte
ret dē.i.doloſa vba eoꝝ q̄b⁹ ē furoꝛ vt
aſpidis: et hoc i ore ip. qꝛ vbis ſuis capi
et eos oꝛe ei ſuo ɔtra ſe dicūt quos aſpi
di ɔpaucrat: leonib⁹ etiā ɔpat ſīdens:
molas leonū id ē iclamatōes mortis q̄s
iudei fecerūt cōfrīgꝫ dn̄s: ne ad effectum
veniāt. Nota qꝛ aſpides erāt iudei dū i=
ſidioſe tētabāt leones dū mortē incla=
mauerūt. Hoꝝ mole fracte ſūt qn̄ ſurre=
xit chriſtus qd̄ aptius exponit ſīdens.

**Ad nihilum ḋueniēt tāquā a qua ḋcurrēs: intendit arcū ſuum donec infirmentur.**

Ad nihilū deueni. ⁊c. Qui tales etſi mō
ſint toꝛrētes: tn̄ ad nihilū deue. tāq̄ȝ aq̄
decur. Ecce hic etiā toꝛrētibus ɔpantur
quia ſonātes ad ſaxa ſupbie ipulſi ſūt.
et precipites: ſed cito tranſeūt. tot maliſ
ɔpantur: illi ita decurrūt: ſed ecōtra itē
dit deus p miam ad ſalutē eoꝝ arcū ſuū
id eſt minas quibus terret donec ifirm.
id eſt dū ɔuertant' vt ſaulus ifirmat⁹ ē
audiens qd̄ me pſequeris? Qui hoc cla=
mabat de celo: arcū tēdebat. Multi ergo
ifirmati ſūt ipſius intenſiōe arcus pfri
ti: Sꝫ qd̄ nō infirmati patiētur? Ecce

**Sicut cera q̄ fluit auferent' ſupceciḋit ignis ⁊ n̄ uiḋꝛūt ſolē.**

Sicut cera que fluit aufe. i. igne concu
piſcētiaꝝ peribūt: vt ei ignis veſtē ſic li=
bido conſumit animā. Uel ita. Deus in
tendit ar. ſu. i. vindictā donec ītus et ex=
tra infirment': et accipitur i malo. et au=
ferentur a conſpectu dei miſſi i gehennā
vel auferentur hic in preſenti a t'ra ſua.
ſicut cera que fluit ſupcecidit ignis ⁊c.
Sciendum q̄ inter pꝛimuꝫ peccatū qd̄
eſt ſuperbia et vltimam penam: que eſt
ignis etern⁹ que media ſunt que ⁊ pecca
ta ſunt: et pene de quibus ait: ſupcecci=
dit ignis ſcꝫ ſupbie et concupiſcentie et
ire. et ideo non viderunt ſolem ſcꝫ iuſti
cie. de quo i libꝛo ſapie dicūt mali. Erꝛa
uim⁹ a via veritatis et lumen iuſticie nō
illuxit nobis

**Priuſquā intelligerent ſpīe ue ſtre ramnū: ſicut uiuentes ſic̄ in ira abſoꝛbꝫ eos.**

Priuſquā intelligerent. Hic legitur pꝛi
us ſm aliam litterā que eſt Priuſquam
pꝛoducat ſpinas veſtras ramnus: ſicut
viuentes ſic in ira abſoꝛbet eos. vbi per
ramnū accipiuntur peccata. per ſpinas
punctio eterne damnationis Ramnus
enim eſt genus herbe pꝛius mollis: ſed
que poſt vertitur in ſpinas: ſic et pecca=
ta modo delectant. ſed poſt pungunt. ⁊
hoc eſt quod dicit. ſupcecidit ignis vi
cioꝛum et ille ignis abſoꝛbet eos id ē de
uoꝛat eos ſicut viuentes id eſt dū adhuc
viuunt nō ſimpliciter dicit viuentes: ſꝫ
addit ſicut quia non vera ſed falſa ē im
pioꝛum vita. vident' viuere et nō viuūt
addit. ſicut i ra nō ſimplicit' dicit in ira
qꝛ de⁹ trāquillis iudicat. vel qꝛ nō ē mō
ira ɔpatōe fut'e. abſoꝛbꝫ dico. pꝛiuſq̄ȝ p
ducat ſpi. ve. ramnus conuertit ſermo=
nem ad eos id eſt pꝛiuſq̄ȝ voluptatū toꝛ
menta pꝛocedāt. dum eñ adhuc viuunt
ignis vicioꝛum q̄ ſupcecidit in ira dei
deuoꝛat eos: et occultat eis ramnū id eſt
ramni ſpinam id eſt peccati punctioneꝫ
extremaꝫ ne modo videatur Uel ſm lit
teram noſtram et per ſpinas accipiūtur
peccata. per ramnum extrema damnatō
et eſt. Priuſquam ſpine veſtre id eſt pec
cata intelligerent ramnum id eſt acutaꝫ
damnationem in extremo ignis vicioꝛū
abſoꝛbet eos id eſt deuorat eos: ſicut vi
uentes ſicut in ira abſorbet eos. hoc nō
mutatur.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Letabitur iuſtus cũ viderit vindictã: manus ſuas lauabit in ſãguine peccatoris.**

Letabitur iuſt9. Tercia ps: vbi oſtẽditur correctõ iuſtorum de vltõe iniquorum. Q. d. malos abſorbet ignis. hoc aũt non eſt ſine fructu bonorum: qz iuſtus qui fidẽ hẽt etſi aliquid ĩ eo lauãdũ ẽ: letabitur et ſi moleſtijs preſſus: cũ viderit vĩdictã hãc pñtẽ nõ tñ gaudẽ, p pena eorum: ſed qz nõ ĩ illa ẽ. et manus ſ. i. opa. la. in ſã. pec. i. ĩ pena 7 morte peccoris: quã videt. Unde ſalomõ. Stulto peũte ſapiens aſtutior erit.

**Et dicet homo ſi utiqz ẽ fruct9 iuſto: utiqz eſt de9 iudicãs eos in terra.**

Et dicet. i. tractabit apõ ſe hõ. i. rõnalis qz nõ ex caſu eis cõtingit hoc: ſz, p vindicta pctĩ. hoc eñ dicit: vtiqz de9 ẽ iu. eos id ẽ malos in tra. etiã iſta vbi florere videntur: qd, pbat a ↄtrario. ſi. i. qz vtiqz eſt etiã hic fru. iuſ. licet hic preſſo: acſi diceret. Sicut iuſto iudicio di fit: vt iu ſt9 amplius iuſtificetur: ita eodẽ iuſte pmittitur: vt ſordidus magis ſordeſcat. vel ita ſm aliã lrãz quã ponit aug9 que ẽ. Et dicẽ hõ ergo ẽ fruct9 iuſto: ergo ẽ de9 iu. e. ĩ terra. et ĩfert ex duob9 premiſſis. Dixit eñ malos hic abſorberi: et iuſtũ lauari: 7 hoc ẽ. et dicet hõ rõalis: qz iuſt9 lauat man9 ſuas. ergo ẽ fru. hic iu. et qz ignis abſorbz malos: ergo ẽ de9 iudicans eos ĩ ter. etiã iſta vbi florere videtur. LVIII

**In finẽ ne corrũpas uel diſperdas dd ĩ tituli ĩſcriptõe: qñ miſit ſaul 7 cuſtodiuit domũ eius ut interficeret eum.**

In finẽ ne corrũpas vl diſpdas dd ĩ titli ĩſcptõe: qñ miſit ſaul 7 cuſtodiuit domũ ei9 vt ĩterficeret eũ. Legitur ĩ libro regũ: q ſaul querẽs ĩterficere dd: miſit ſatellites ſuos vt cuſtodirẽt domũ dd: et eũ mane exeuntẽ d domo interficerẽt. qd cũ preſciſſet vxor ſua michol filia ſaul: nocte depoſuit eũ p feneſtrã: et ſic euaſit. Huic hiſtorie alludit titulus: de q tamẽ nõ agit ps: ſz de ſignificato. Dd eñ chriſtũ ſignificat. domus ei9 ſepulcrum chriſti. ſaul regnũ iudeorum: q miſerũt cuſtodire ſepulcrum chriſti. ſz nõ videtur ↄuenire qd dicitur. ſ. vt iterficeret eũ. Jã vtiqz interfectus chriſt9 erat qñ miſerũt: querebãt aũt eũ ĩficere ñ corporaliter ſz ſpũaliter. i. nomen et famã eius extinguere de gentib9 ne crederent ĩ eũ. qd tñ efficere nõ valuerũt. viuit eñ rex ſup iudeos et gẽtes. hoc et ſpũſſãctus p, pphetã predicit hic. 7 ẽ ſenſus. Ps iſte tẽdẽs ĩ finem. i. ĩ chriſtũ hoc agit: ne tu pilate vel iudee. cor. vel diſp. dd ĩ ti. ĩſcp. hoc idem dixerat ſupra ĩ alijs titulis. Fruſtra ergo tentat aliquis diſpdere: quod totiens, phibet diuina autoritas. Cũ aũt pilat9 dixit qd ſcripſi ſcripſi ĩpletũ ẽ qd hic dicitur. ſ. ne cor. vel diſp. dd ĩ tit. ĩſcp. non id corrũpas. qñ. i. qz miſit ſaul. i. regnũ iudeorum. 7 cuſtodiuit do. ei9 i. ſepulcrũ chriſti: vt interficeret eũ. i. nomen et famã eius tolleret: ne crederetur, in eũ. q̃bus fruſtratis hic liberatus oſtenditur. et famã hẽre in omnibus gentibus. et loquitur hic integer chriſtus. ſcz caput et corpus

¶ Intentõ monet vt nemo chriſto contradicat. Modus triptitus eſt pſalm9. Prio orat liberari aſcendendo ab imis ad alta: orat etiam pro ſalute gentium. Secundo confirmat ſalutem gentium. et orat ſalutem iudeorum: ibi. Conuertentur. Tercio affirmatur ſalus iudeorum et vtroqz pariete collecto: grates agunt ibi. Cõuertẽtur. Totus itaqz chriſt9 q̃ ab inimicis obſeſſus clamat dicens.

**Eripe me d ĩimicis meis de9 meus: 7 ab ĩſurgẽtib9 ĩ me libera me.**

Eripe me de inimicis meis deus meus. Factum eſt hoc in carne chriſti: fiet et in membris. dum vero qui ſine macula eſt hoc petit: qd ncio petã9, oñdit. neqz eñ ceſſãt ĩimici nrĩ diabolus et angli e9 ĩſurgere quotidie ĩr nos et illudere velle ĩfirmitati et fragilitati nrẽ et dceptõib9 ſug

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

geſtōibus tētatōibus quibuſcūq; laque
is irretire cuȝ adhuc ī t̄ra viui᷑. Et nota
ꝙ q̄ttuor ſūt genera aduerſarioruȝ que
hic diſtiguūt̄ ſȝ īimici qui nocēdi votū
hn̄t nec tn̄ hoc ardent̄ appetūt inſurgen
tes qui iā ꝯmoti et aīo pati ſūt oꝑantes
qui iā dura mēte ſcelus oꝑe ꝯplent᷑. Ui
ri ſāguinū qui nō ſolū ꝯtumelias īgerūt:
ſȝ etiā fundūt ſāguinē qđ fecerūt iudei q̄
chriſtū prius poſt etiā ap̄l'os occiderūt.
De his ergo ait· Eripe me de ī.me. qui
me odio hn̄t deus m:et libe.me ab inſur
gētibus ī me qui v̄bis nocent. Et

## Eripe me de oꝑantib᷒ īiq̄tateȝ ⁊ d̄ uiris ſāguinū ſalua me.

Eripe me de oꝑā.iniqui.ſcȝ qui colaphi-
ȝāt ⁊c.et huiuſmōi faciūt:et ſalua me d̄
viris ſāguinū᷑ſcȝ qui iuſtū id eſt chriſtū
occiderunt:poſt et ſuos.

## Quia ecce ceꝑunt aīaȝ meā: ir ruerunt in me fortes.

Quia ecce ceꝑūt. Loquit̄ hic chriſt᷒ in ꝑ
ſona ſua. Q.dicis eripe ſalua. Quid eñ
illi tibi faciūt? vtiq; mala: Q: ecce ceꝑūt
ani.me.᷑ſcȝ vitā corꝑalē:q: irru.cū īpe-
tu ī me᷑hūilē:for.ī tꝑalibus ſcȝ abūdan
tes q̄ nō ponūt deū adiutorē ſuū:ſȝ ſꝑan
tes ī diuitijs preualuerūt ī vanitate ſua
᷑Ul' fortes etiā ſūt ſ̄bi qui preſumūt de
iuſticia ſua:q̄ iſultāt chriſto ꝯuiuāti cū
pc̄tōribus quib᷒ nō ē op᷒ medicus ſȝ eū
occiderūt tāq; iuſti reū᷑ſȝ tn̄ nō ē ī eo iī-
q̄tas:et hoc ē irru.ī me fortes id ē de iu-
ſticia ſuꝑbi quaſi in reum:ſed ī me pec-
catū nō iuenerunt. vnde ſ̄bdit

## Neq; iniquitas mea neq; pec catum meum domine: ſine ini quitate cucurri et direxi.

Neq; tn̄ ini.mea quā ī eos feceri cā fuit q̄
re irruerūt neq; pc̄m meū qđ ī me ſit ali
quo mō. Ul' neq; iīqui.me᷑id ē maliuolē
tia fuit cā neq; pec.meū᷑opis dn̄e ſȝ ſine
iīqui. cucur᷑viā h᷒ mūdi. Uñ alibi. Ex-
ultauit vt gi.ad cur.viā et dire. diſtor-
tos quantū ī me᷑eſt. Uel ſ̄m aliā litterā
᷑et dirigebar ad te: Et ideo

## Exurge ī occurſū meuȝ ⁊ uide: ⁊ tu dn̄e de᷒ uirtutuȝ de᷒ iſrael

Exur.qui dormire videris᷑i.adiuua me
Exurge dico ī oc.me.q̄i curro ad te me-
rēdo:et tu occurre mihi.i.r̄ode ꝑ meri-
to.et vide᷑id ē fac videri quō ad te cur-
ro et alios dirigo ne prauū putēt hoīes
qđ rectū ē et ita ſeq̄nt̄. Ul' ita: Exur. ī oc.
meū et vide᷑id ē īnoteſce et fac videri ꝙ
exurgis ī occurſū me.i.ꝙ tibi eq̄l' ſū. Oc
currere ei nō niſi de eq̄libus d̄r᷑ Chriſtuſ
eñ nō deſijt eē eq̄l' pat̄:licet ꝑ nobis fa-
ctus ſit īfirm᷒ q̄ ſeipſū exinaniuit formā
ſ̄ui accipiēdo· Uñ ī euāḡlio ſe gallie cō-
ꝑat dicēs. Hierl'm hierl'm quotiēs volui
ꝯgregare filios tuos quēadmođ gal. cō
gre.pul.ſuos ſ̄b alis et nolu᷑ Nulla eñ
auis adeo videt̄ infirmata ꝑpt̄ pullos
quēadmođ gallia c᷒ vox rauceſcit fit hy
ſpidū totū corp᷒:deponūt̄ ale:laxāt̄ plu
me:et ea ē mr̄na charitas que inuenit̄ in
firmitas: Sic et chriſtus ꝑpter nos īfir-
matus ē vt nr̄aȝ toll'et īfirmitatē:ſed ī ea
tn̄ infirmitate occurrit equalis patri:ita
eñ aſſumpſit quod non erat vt nō amit
teret quod erat: Ita ergo ſe exinaniuit ꝙ
dignitatem quam habebat cū patre no-
bis non demonſtrauit. In ipſa ergo in-
firmitate agnoſcendus eſt patri equal' n̄
viſione corporali ſed fide vt ꝙ ſpeciē vi
dere nondū poſſumus ſaltem credamuſ
et dum hoc credimus in nobis ad pr̄em
aſcendit. Unde marie magdalene:cui ꝑ-
mo poſt reſurrectionem apparuit: ait᷑.
Noli me tangere:nondum enim aſcendi
ad patrem meum. Quid eſt hoc? Noli
me tangere. Nonne poſtea mulieres re-
deuntes a monumento adorauerunt eū
et pedes eius tenuerunt. Sed hic agit d̄
tactu mentis non corporis id eſt non id
ſolum credas quod vides ne habeat ni-
mis humanitati mee aſpectus tuus.qua
ſi tactus tuus.hoc ideo dico:quia non-
dum aſcendi ad patrem meum: vtiq; in
corde tuo:quia nondum poſtquam vi-
diſti me mori credis me patri equalem.
᷑Attende quibus gradibus aſcendit. Ce
pit enim ab infirmitate:et paulati aſcen

dens ad gloriā reſurrectōis: et pr̄is eq̄li
tatē puenit. Deinde ſequit̄ oratō ꝑ gen-
tibus cōuertēdis: cū ait. et tu do. de. v̇.
celeſtiū deus iſrael. ï. ſ. qui vidis deꝰ vni
us gentis que te colit.

**Intēde ad uiſitādas oīes gē
tes nō miſerearis omnibꝰ qui
operātur iniquitatem.**

Intende ad viſi. oīes gētes: qꝛ infirme
ſūt omnes ï vt oīes ꝯgregent̄ ad nupti-
as. dico itēde. et tñ nō miſe. oī. q̄ op. ii.
ita vt reliquas peccata ipunita ï ſ; perſe-
quere. puni. cōuerte. et ita facit: qꝛ nulla
peccata relinq̄t ipūita: qꝛ vel hō penitēs
punit: vel deus iudex punit. Vel ita ï eſt
quedā iniquitas: quā qui facit eius non
miſeret̄ deꝰ ad ſalutē. hec ē defēſio pcōꝝ:
qñ defendit hō qḋ deus odit. vnde ē pec
catū ad mortē: nō ꝑ eo dico. vt q̄s oret.
et ē nō mi. oī. qui op. ii. i. illud peccatū
quod ē ad mortē: ꝑ quō nō eſt orādum
vel ita. viſita oēs gētes: et tñ nō miſ. oī.
q̄ op. ii. id eſt ï omibus iudeis etſi q̄buſd̄

Dyapſalma

**Cōuertentur ad ueſpam et fa-
mē patientur ut canes: et circui
bunt ciuitatem.**

Dyapſalma: Cōuer. ad veſperā et famē
Scḋa ps vbi orata ſalus gentiū affirma
tur: et orat̄ ſalus iudeoꝝ. dico intēde: et
vere intēdes. qꝛ cōuertēt̄ gētes ab hydo
lis ad veſpaꝫ ï i. i vltia etate ſcl'i. et fameꝫ
ꝯuertēdi alios patient̄: quia dolebūt: ſi
nō poterūt ꝯuertere vt canes ſcꝫ latran-
do cōtra hoſtes. et circu. ciui ï i. munient
eccl'aꝫ contrā hereticas ipugnatōes. Et.

**Ecce loquētur in ore ſuo: ⁊ gla
d.ꝰ i labiis eoꝝ. qm̄ q̄s audiuit**

Ecce. ſ. i manifeſto loquēt̄ i ore ſ. ad ifor-
matōeꝫ fideliū: et hereticoꝝ depreſſionē
et gla. ſpūſſcti qḋ eſt v̄bū dei vl' mors a-
lia lr̄a qḋ idē ē. illo quippe gladio occi-
dūt malos: vt viuāt boni. ꝑcutient vt ſa
nēt: erit i labijs eoꝝ. et vere: qm̄ q̄s au.
talia: alia lr̄a qualia. ſ. ꝑredicabūt: Nul
lus. ita oīes mirabunt̄. Vel ita ſm̄ lit-
terā noſtrā. idē freq̄ns predicatō ē i labi-
is. qm̄ q. au. eos. Q. pauci audient eos.

**Et tu domie deridebis eos: ad
nihilū deduces omnes gentes**

Et eos q̄ nō audient tu deridebis i fut̄o
et oēs gentes que te nō nouerūt: ad nihi
lū deduces tūc. vel ita ab illa loco. Con-
uertent̄. et agit de iudeis ſic. Dixi nō mi
ſerearis oīibus iudeis: quibuſdā vero
miſereberis tu qꝛ Cōuertēt̄ ad veſpaꝫ ï i.
ſerius poſt aſcenſionem: et miſſum ſpiri
tū: qḋ anteq̄ꝫ crucifigerēt debuēt facere
et famē ꝯuertendi alios patiēt̄ vt canes
Gentes ante dicebantur canes ꝑ immū-
dicia. ſed et iudei ſe canes id eſt peccato-
res cognoſcunt: vt mulier cananea: que
ſe recognoſcens: humiliter ait. Nam et
catelli edūt de micis que cadūt de menſa
dñorū ſuoꝝ. Eſuriebat panem celeſtem:
ita et iſti: quia ſe canes agnoſcunt: eſuri-
unt. bene agunt. male vero qui ſaturati
putatiua iuſticia dicunt cum phariſeis.
ego ieiuno bis in ſabbato. Sequitur. et
circuibūt euangelizando ciuitatē ï ſ. cir-
cūſtantie. id eſt mūdū: qui circūſtat vn-
diq̄ꝫ iudeam: vbi hec dicebātur. Ecce lo-
quent̄ in ore ſuo. id ē ſtomochabuntur
et iraſcentur aduerſus pigros ad fidem
dicentes. Non mirum ſi ſtomachamur:
et iraſcimur. quoniā quis de iudeis: au
diuit nos: id ē q̄s de iudeis credidit au
ditui noſtro: Q. iudei non credunt ni-
ſi pauci. et licet iudei nō credāt: tamē ꝑ
credentes iudeos annūciatur gentibus
vnde ait. et gladiꝰ vel mors ē i la. eꝰ Dic
ē gladiꝰ bis acutꝰ vtroq̄ꝫ icidēs teſtamē-
to quo mactat petrꝰ reptilia: ſibi i diſco
oſteſa: qñ dēm ē ei. Surge petre macta ⁊
māduca. ſeq̄t̄. ⁊ tu do. Q. ipſi ita loq̄nt̄
⁊ iraſcēt̄ cōtra pigros. Et tu do. deri. e.
ï id eſt ꝑ nihilo habebis eos: dicētes. q̄s
audiuit: Quare d'idebis: qꝛ ad nihi. d.
id ē ꝑ nihilo hēbis cōuertere oēs gē. i.
facile ꝯuertes. qꝛ facile erit tibi facere: vt
credāt i te oēs gētes. acſi dicat. oēs gen-
tes xpiane fut̄e ſūt. ⁊ dicitis q̄s audiuit

**Fortitudinez meã ad te cuſtodiã: quia de⁹ ſuſceptor me⁹ es: de⁹ me⁹ mĩa ei⁹ preueniet me.**

Fort. m. hoc ꝑus i pſona eccleſie ſic. Illi ſũt fortes de ſe preſumẽtes: ego autem forti. meã ad te cu. i. nõ a te recedã õ me preſumẽs. Illi eñ fortes iõ ceciderũt qꝛ ad te nõ cuſtodierũt fortitudinẽ ſuaz: et merito ad te cuſtodiã: qꝛ de⁹ ſu. meus es qꝛ de imo meo in altũ ſuũ me ſuſcepit deus meus. Deiñ mutans pſonã ſbdit. deus meus ẽ ſpecialr: qꝛ mĩa eius preueni et me. nihil attuli cur miſeret. nullus ei meret dona dei. et ꝙ mĩa ẽ que preuenit me.

**Deus oſtendit mihi ſup inimicos meos: ne occidas eos: ne quñ obliuiſcãt populi mei.**

De profundis clamaui ad te domie. hec eſt vox aſcendentis. Attendat ergo quiſqꝫ: in quo profundo ſit. de quo clamet ad deum. Clamauit ionas de pfundo. ſ. de ventre ceti. quia nec venter belue potuit tenere vocē precantis. que oīa penetrauit. et ad dei aures vſqꝫ peruenit. Ita et iſte ō hac vita mortali clamat que eſt nobis profundum. Qui enim ſentit ſe fore in pfūdo. vbi fluctib⁹ infioris et extioris miſerie atrit' imago dī gemit clamat. donec eā liberet deus. ita vt ſno ucē et repet' a deo. qui illā impreſſit. cū hominē formauit. ſed cū de pfundo cla

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

mat ſurgit de ꝓfundo: ⁊ ipſe clamor nõ eũ ſinit multũ in imo eē. Valde eni in ꝓfundo ſunt qui nec clamãt cũ viderint ſe quotidianis peccatis obrutos: ⁊ aceruiſ quibuſdã: et molib⁹ iniquitatũ preſſos: ſ; poti⁹ illos irridẽt qui eos deũ rogare monẽt. Hoc ē ꝓfundũ i quo pctõr ↄtemnit: ſicut dic̃ ſcriptura. Pctõr cũ venerit i ꝓfundũ vicioꝝ ↄtemnit: Deinõ ſb͂dit. quid clamauerit: Dñe exau. vo. m. Deiñ alijs verbis idem repetit dicens: ⁊

## Fiant aures tue intendentes: i uocem depcationis mee.

Fiant aures tue. i. auditus clementie. in tenden. in vo. deprecati. mee. Precibus deũ placat: vt clementer audiat. Deinde oſtendens de quo profundo clamet. ait

## Si iniquitates obſeruaberis dñe: dñe quis ſuſtinebit:

Si iniq. obſer. Hoc ē ꝓfũdũ d quo clãmat ſb͂ molib⁹ nãq; et fluctib⁹ ſuaꝝ iniqtatũ clamat. circũſpectis enĩ oĩb⁹ nulluʒ bonũ vidẽſ: ſ; vndiq; mala: ⁊ catuas ſcelerũ ſuoꝝ cernẽs q̃i expaueſcẽs exclamat O dñe ſi iniq. vł tem. obſer. i. ad vidictã etnã ſeruaueris. dñe quis ſuſti. te iudicẽ nullus. nõ tñ ego. nõ dixit ego nõ ſuſtinebo: ſ; q̃s ſuſtinebit: Quia ꝓpe oĩſbũana vita pctis ſuis circũlatraſ. oĩſq; conſcia ſuis cogitatiõib⁹ accuſaſ. ⁊ ñ ē caſtũ cor qḋ preſumat de iuſticia ſua. Preſumat ergo de dei mia. ſ. qḋ apud eũ ē ꝓpitiatio. vnde ſubdit.

## Quia apud te ꝓpiaciatio eſt: ⁊ ꝓpter legẽ tuã ſuſtinui te dñe.

Quia apud te ꝓpiciatio eſt. Q. d. qua ſpe clamas: Quia eſt in eo miſericordia qḋ ita ait. Quia apud te ⁊c. vł ita iunge Nullus poteſt ſuſtinere ſi obſeruaueris iniquitatem: ſed tamẽ nõ deſpero. Quia apud te ꝓpiciatio ē. in hoc ē mihi ſpes q̄ apud te ē ꝓpiciatio. ſ. ſcrificium qḋ ꝓ nobis oblatum eſt quo peccata ſoluit. ſ. inocens ſanguis chriſti ꝓ nobis fuſus ⁊ oblatus quo delentur omnia peccata nocentium. quo captiui de manu captiuantis inimici rdimunſ. In hoc ergo mihi ſpes eſt. Nam ſi iudex ſolum eſſe velles ⁊ miſericors eſſe nolles oĩs ĩiquitates obſeruares. ⁊ quis añ te ſtaret: Quis ſtaret i iudicio tuo: Una ergo ē ſpes. q̄ apud te ē ꝓpi. ⁊ ꝓp. le. t. ſ. mie cũ olim premerer ſb͂ lege veteri reos faciẽte. ſuſti. te do. ꝓpt le. ſ. mie et charitatis que viuificat. ſuſtinui que pctã ↄdonat et decetero monet ne offendat homo. et ſi titubauit remediũ dat orõdi. Dimitte no. debi. no. ſi et nos di. debi. no. Et quia hanc legẽ dediſti in ipſa neceſſitate. ſuſti. t expectãs quãdo venias et liberes ab omni neceſſitate. Sine hac igitur lege miſericordie et charitatis qua alter alterius onera portat. nullus ſuſtinet. vel fruſtra ſuſtinet: Deinde quaſi quis diceret. Eſt ne verum quod propter illam legem ſuſtinueris: Conuerſio fit ad auditores. et ait vtiq;

## Suſtinuit anima mea in uerbo eius: ſperauit anima mea in domino.

Suſtinuit anima mea in v͂bo ei⁹ qḋ non fallit. qḋ regnũ ꝓmiſit poſt veniam. Accepimus quidem veniam peccatoꝝ. ſed eternam vitam non dũ tenemus. debita ſunt deleta. ſed merces eſt adhuc futura quã ſpamus in verbo eius. Si verbum noſtrũ eſſet deberemus timere. ſed quia verbum dei eſt non fallit. Securi ergo ſperamus in eius verbum quod fallere non poteſt. propter qḋ ſubdit. ſperauit anima mea in domino.

## A cuſtodia matutina uſq; ad noctem.

A cuſtodia. vel vigilia. matutina. vſq; ad noctem. Ideo dicit a vigilia matutina que eſt finis noctis. quia dominus tunc ſurrexit qḋ et in nobis ſperam⁹ ⁊ ex tunc Hoc cepit anima mea ſperare. et ſperat vſq; ad noctem id eſt vſquequo mori-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

amur. aliter non valet. quia qui perſeue
rauerit vſq; in finem hic ſaluus erit tan
tum. Inde in lege caput et cauda hoſtie
domino offerebantur. Et quia ea hora
chriſtus imortalis ſurrexit. ille ergo ſpe
rat a vigilia matutina. qui non aliud a
deo ꝗ̄ immortalitē ſperat.

**Speret iſrael in domino.**

Speret iſrael ⁊c. Secunda pars vbi ē
leta cōcluſio. vbi de ſe ſecurus predicat
alijs. vt ſemper ſperent in domino. Q.
di. ſicut anima mea ſperauit. ſimilit̄ ſpe
ret iſrael in domino. a cuſtodia matuti-
na vſq; ad noctem. Sed quomodo ſpe
rat peccator qd̄ habuit ille qui ſine pec-
cato erat: Bene

**Quia apd̄ dominū mia: ⁊ co-
pioſa apud eum redemptio.**

Quia apud dominū eſt miſericordia ꝗ̄
ille qui ſine peccato preceſſit delet pecca
ta ſequentium. et apud eum eſt copioſa
redemptō. ſcʒ ſanguis precioſus: ꝗ̄ to
tius mundi peccata redemit.

**Et ipſe redimet iſrael: ex omni
bus iniquitatibus eius.**

Et adeo copioſa ꝙ ipſe qui ſine peccato
preceſſit. redimet iſrael. Iſrael ſe vēdere
potuit. et non redimere. ille qui ſine pec
cato poteſt redimere. Hic iaʒ dicit quid
ſit facturus ille quē dixit miſericordē eē
et copioſū ſcʒ ꝙ redimet iſrael ex omni-
bus iniquitatibus eius.

CXXX

**Canticum graduum.**

CAnticum graduum. Duode-
cimus gradus eſt humilitas:
quam intus et extra hic ſe ha-
bere oſtendit. Intentione ad humili-
tateʒ monet. Modus bipertitus eſt pſal
mus. Primo proponens ſe humileʒ pe-
nam indicit. non humili. Secundo ſuo
exemplo ad ſpem monet. ibi. Speret iſ-
rael. Oſtendens ergo ſe humilem intuſ
et extra ait. D

**DOmine nō eſt exaltatuʒ
cor meum: neq; elati ſunt ocu
li mei.**

Domine non eſt exaltatū. intus. cor me
um. Per hoc nota contrarium. id ē hu
miliatum eſt cor meum quod eſt ſacrifi-
cium deo. neq; iam elati ſunt extra. ocu
li mei. quia ſignum ſupbie exterius non
oſtendi.

**Neq; ambulaui i magnis: ne-
q; in mirabilibus ſuper me.**

Neq; ambulaui. ſuperbiēdo. i magnis
neq; i mi. que ſūt ſup me. id ē nō fui ſu
pbus. nolui quaſi in mirabilibꝰ innote-
ſcere hoibꝰ. nō queſiui aliquid ſupra vi
res meas. vnde apud ipitos iactarē me.
vt qui miracula ſibi optāt. ſicut ſymon
magus i mirabilibus voluit ſupra ſe ire
delectatus potentia apoſtolorum: non
iuſticia. Talia voluit facere qualia apo
ſtoli faciebant. ſed non talis eſſe. Idō ſu-
pra ſe. id ē ſupra vires ſuas erat. quod
volebat. Sed potius querendum eſt ne
quis diſcordet in corpore chriſti quod ē
eccleſia. nec maiori inuideat. ſed in alte-
rius bono vt i ſuo gaudeat. ⁊ qui i gra-
tijs abundat magis ſe humiliet. ſm illō
Quanto maior es: humilia te in omni-
bus. Sequitur.

**Si non humiliter ſentiebam:
ſed exaltaui animam meam**

Si non humilit̄ ſen. q. d. nō ambulaui
in magnis. ſed humi. ſen. beneficia mihi
data a deo. et nō exal. an. m. ſupbiēdo.

**Sicut ablactatus eſt ſup ma
trem ſuam: ita retributio in a-
nimam meam.**

Sicut ablac. ē. Totum repete ſeriatim.
et Si nō humilr̄ ſēti: ſed exal. ani. meaʒ.
ita fiat retbutō i aia m. i. ita peā ego. ſic
aliqs incūbēs ſup ma. ſ. i. idigēs foueri
ſinu matris pit: ſi ſit ablactatus. i. a la-
cte matris ſepatus: obſtringit ſe iſte ma
ledicto. Hoc autem ſoleꝰ dicere qn̄ d̄ cā
bene ꝯfidimus. Vel ita. Si non humi-
liter. Vtit̄ ſilitudie ablactati. vn̄ i male-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicto agens de eccleſia i figura lactãtiſ
matris. Sicut enim quiqȝ tempora no
tantur in carnali procreatione et alitio
ne:ita in ſpirituali. Prius eniȝ concipi
mur in vtero. Deinde ibidẽ alimur. do
nec in lucem edamur. Deide manibus
matris geſtamur:et lacte nutrimur: quo
uſqȝ ablactati ad menſam patris acceda
mus. Primũ ergo tempus eſt conceptõ
nis. Secundũ in vtero alitõnis. Terci
um emiſſionis. Quartum portationis:
et lactatõis. Quintum ablactatõis. Jta
et in vtero matris eccleſie: primo cõcipi
mur:duȝ fidei rudimentis inſtruimur.
Jnde quaſi in vtero eiuſdem alimur in
eiſdem primordijs,pficientes. deinde i
lucem edimur dum p baptiſmuȝ regene
ramur. Deinde quaſi manibus eccleſie
portamur et lacte nutrimur cum poſt ba
ptiſmum in bonis operibꝰ informamur
et lacte ſimplicis doctrine,pficiendo nu
trimur:donec iam grandiuſculi a lacte
matris accedamus ad menſã patris. id
eſt a ſimpliciori doctrina vbi predicatur
verbũ caro factũ.accedamus ad verbũ
in pricipio apud deuȝ. Jnde eſt ꝙ abra
ham non in natiuitate iſaac.non in cir
cunciſione.ſed in ablactatõne magnum
conuiuiũ legitur feciſſe. Hec quinqȝ tẽ
pora ſancta ſuat eccleſia. Dũ eñ in qr
ta feria quarte hebdomade militie chri
ſtiane agoniſte chriſti vocãt quaſi eccle
ſie infantia concipit. Tunc eñ p exorciſ
mũ et cathecismũ rudimentis chriſtiani
tatis imbuunt. Deinde quaſi i vtero ec
cleſie alunt vſqȝ ad ſabbatũ ſanctum in
quo p baptiſmũ ad lucem generant. de
inde quaſi manibꝰ eccleſie geſtant. et la
cte nutriunt vſqȝ ad pẽtecoſten. quo tẽ
pore nulla difficilia indicũtur:non me
dia nocte ſurgit.nõ ieiunat. Soror nã
qȝ nr̃a pua ẽ et vbera ñ hẽt. iõqȝ paula
ti nutiẽda. vñ tũc illõ pet i eccl'a cãtatur
q̃i mõ geni.iſã.ratõ.ſi.do.lac ꝯcu.pꝰ ea
ſpu paclyto ꝯfirmati q̃i ablactati incipi
unt ieiũare. ꝛ alia difficilia ſuare. Mlti
vo hũc ordinẽ puertũt vt heretici ꝛ ſciſ
matici:ſe añ tps a lacte ſepantes. vñ ex
tinguunt. hic vo hũc ordinẽ ſuaſſe ſe di
cit.obſtrĩgens ſe maledicto ſic q̃i ñ mõ i
alijs fui humilis.ſȝ etiã i ſcia.qr ego hũi
lit ſenti. pꝛiꝰ nutꝰ i lacte.qd eſt verbuȝ
caro factũ vt ſic creſcerẽ ad panẽ ange
loꝝ.ſ.ad vbũ qd ẽ i pncipio apd deum
Nã ipe ẽ panis de quo iſãs paſcit. Pãiſ
eñ de mẽſa traijcit p mats mãmillã. vt
ſic pueniat idẽ alimẽtũ ad puũ infantẽ.
ſic chriſtꝰ cũ eſſet vbũ i pncipio apd pa
trẽ qualẽ,p mõ ſuo angeli capiebãt: vt
panẽ angeloꝝ mãducaret hõ ipſũ vbuȝ
factũ ẽ caro vt p carnẽ pãis celeſtis trã
ſiret ad infãtes.et ſm hoc ipſũ vbũ cru
cifixũ ẽ.ſȝ ñ ẽ mutatũ i hoiem. hõ muta
tꝰ ẽ i illo vt melior fieret.q̃ȝ erat: nõ vt
ipſa ſba vbi ꝯuerteret. p id ergo ꝙ hõ
erat mortuꝰ ẽ deꝰ. ꝛ p id qd deꝰ erat: hõ
excitatꝰ ẽ ꝛ reſurrexit. q̃dq̃d paſſus ẽ hõ:
ñ põt dici ñ paſſus deꝰ. qr deꝰ erat hõ:ſȝ
ñ mutatꝰ i hoiem. quomõ ñ potes dicere
ñ te paſſũ iniuriã.ſi veſtis tua conſcida
tur.quamuis veſtis tua non ſit tu. Mul
tomagis ergo q̃dq̃d patit caro chriſti:
vnita vbo:debet dici pati deꝰ:q̃uis ver
bũ nec mori potuerit nec corrumpi.nec
mutari.ſed quidquid horum paſſus eſt
in carne paſſus eſt. Homiꝰ ergo chriſtꝰ:
panẽ angl'oꝝ fecit nobis lac icarnatꝰ. et
apparens mortalibꝰ. Sequit. ꝛ ñ exal.
a.m. vt heretici: qui ſi vtrũqȝ aliq̃d ce
perint:vel viſi ſunt cape inde ſupbiunt
et cum adhuc teneri ſuper matrem eccle
ſiam ſint.et portent manibus eccleſie vt
creſcant:qui portati fuerunt in vtero vt
naſcerent a lacte matris. añ tps ſepant
Vñ extinguunt quod ego non feci. et ſi
hoc nõ feci:ſed exalta.a.meã ante tpus
diſcedens a lacte:ita fiat retributõ in a
nima mea. Sicut fit illi qui ablactatꝰ ẽ:
habens neceſſe adhuc incũbere:ſup ma
tre ſu.obſtringit ſe maledicto. quaſi ita
fiat mihi vt illi qui ſup matrẽ incũbens
et nõdũ grãdiuſculus ablactat. Vel ita
legit de hũilitate qua puulus ẽ malicia
non altus ſupbia. hic agit de exaltatõe.
qua altus eſt ſm ſciaȝ nõ humil. Eſt eñ
altitudo bona et mala. ſimilit et humi

litas' Humilis eñ debet eſſe homo, ppt
ſupbiam non ſm ſciam. altus, ppter ſa-
pientiã. non, ppter ſupbiã. Vñ apl's. no
lite pueri effici ſenſib' ſed malicia paruu
li eſtote vt mentib' pfecti ſitis. Bonũ eſt
ergo humilẽ eſſe, ppter ſupbiã cauẽdaz
altũ ſm ſapiaz. Sed quidã ne ſint ſrbi
dimittũt ſe. videri volũt diſcere. et ſma
nẽt in lacte. quos redarguit apl's dicẽs.
facti eſtis qb' op' eſt lacte nõ ſolido ci-
bo. Lactare ergo vt nutaris et creſcas.
et ablactat' panez comedas. Dicit ergo
Si nõ humi. ſenti. ſed exal. aiaz meã. i. ſi
nõ mente. ſed malicia paruulus fui. ita
fiat retributõ in anima mea. Sicut fit il
li qui grandiuſculus et adultus eſt. ab-
lactatus. i. retribuatur mihi qđ retribu
itur puero. qui ablactat a matre. vt iã
ſit idoneus panẽ comedere. nec obſtrin
git ſe hic maledicto. ſed aſſerit ſibi bonũ
reddi' et eſt ſana ſententia. ſed diſcordat
quod addit. ſup matrẽ. non dicit a ma-
tre vł a lacte matris. quod ſi dicerz pla
nus fieret ſeſus. ſed ait ſup matrẽ. qđ nõ
bene cõuenit. Infirmus eñ qui ſup ma
trem eſt. vt predictũ eſt ſi ablactat extin-
guitur. Bonũ eſt ergo adulto ablactari
ſed ei qui ſup matrẽ eſt. pniciosũ eſt. Ne
ergo ablacteris quouſqz ſuper matrẽ es
ſed ſi adult' errat: redat ad lac matris. et
ſic reuelabit ei de' qđ aliter ſapit. qz ſup-
bis reſiſtit deus. humilibus dat gratiaz
et vt hec ſententia ſtet. lr̃a ſic legi poteſt
ita fiat retributõ in anima mea. ſicut fit
illi qui prius incumbens. ſup matrẽ ſuã
poſtea grandiuſculus et adultus fact' ẽ
ablactatus. id eſt a lacte matris ſepatus
vt valeat accedere ad menſã patris. vel
ſi ſunt in littera ablatiui caſus: idem ſe-
ſus manifeſtus eſt. vt dicatur ſic. Ita fi
et retributõ in anima mea. Sicut illi q̃
ẽ ablac. ſup mr̃e ſua. i. a matre ſua.

## Speret iſrael in domino: ex hoc nunc et uſqz in ſeculum.

Spet iſrael in domino. Secunda pars
vbi eſt concluſio pſalmi. vbi ſuo exem-
plo ceteros monet. q. d. et qz ita ego. ergo
meo exẽplo ſpet iſ. in do. quia ſic mala
ſeculi tolerare poterit. ſperz dico. ex hoc
nũc et vſqz in ſe. id ẽ ſemp ſine fine quo
uſqz ad etnitatẽ veniat. quia poſtea nõ
erit ſpes. ſed res.

## Canticum graduum.

Canticũ graduũ. In hoc. xiij. gra-
du iam humilis et manſuetus ſat-
agit. de edificatõne ſpiritualis dom' dei
vt et dauid ad litterã fecit qui domũ dñ
edificare voluit. et congrue poſt gradũ
humilitatis agit de edificatõne domus
quia per humilitatem efficitur aliquis
domus dei. Unde in eſaya. Super quẽ
requieſcet ſpiritus meus. niſi ſuper hu-
milem et quietum. et trementem ſermo-
nes meos: Intentione monet. vt nos
et alios edificemus domum deo. Quod'
triptitus eſt ps. Primo oſtendens vo-
tum edificandi domũ. precat vt imple-
at. Secundo oſtendit domũ edificataz.
et vbi. ibi. Ecce audiui. Tercio dicit p-
miſſiones dei factas edificate ſyon. ibi.
Jurauit dominus. Volens ergo edifi-
care domum domino. ait in perſona to
tius chriſti capitis.

## Memẽto domĩe dauid: et omĩs mãſuetudĩs eius.

Domine pr̃: memẽto dd ſpũal'
manu fortis: qui in manſuetudine dia-
bolum vicit. Unde ſbdit. Et omnis mã
ſuetudinis eius. Ad litterã dauid rex il
le fuius ieſſe valde manſuetus fuit. adeo
vt ſauli malũ pro malo non redderet.
quando in ſpelunca: ad quam diuertit
ſaul cauſa purgandi ventrem. datus eſt
in manus eius. cui pepercit dauid: no-
lens eum occidere. erga quem tantaz ſer
uauit hũilitatẽ vt illũ regẽ ſe vo canem
ac pulicẽ fateret. ſz ñ d' illo hic agit imo
de ei' ſignificato p illũ ei typice ſcat ille
vn' hõ. c' vox ſepe i pſalmis audit. ſ. to
t' chriſt' caput et corpus. cuius hũilitas
et manſuetudo cõmendatur hic.

## Sicut iurauit domino. uotũ uouit deo iacob.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Sicut iurauit domino. Quaſi ad hoc
memento: vt impleat. Sicut iurauit et
votũ vouit.i.ſicut firmiter ꝓmiſit.⁊ ex
voto voluntatis. dño deo ia.i. futura
attendentium id eſt ita memento dauid
vt impleat quod ꝓmiſit deo: nemo pre
ſumat viribus ſuis reddere que vouit.
Qui enim te hortatur vt voueas.ipſe te
adiuuat.vt reddas.vouit autẽ eccleſia
in manſuetudine.vt ſit domus dei:quo
nihil gratius poteſt offerri deo. Dom⁹
autẽ eſt:ſi ſua non querit. ſed gaudet d̃
communi.de proprijs fiunt mala.vnde
ex perſona ipſius eccleſie. Sequitur.

## Si introiero in tabernaculũ dom⁹ mee:ſi deſcendero in lectum ſtrati mei

Si introiero in tabernaculum domus
mee.⁊c. vſqꝫ donec inueniam locum do
mino.tabernaculum deo iacob. Hucuſ
qꝫ enim littera ſuſpenditur.et eſt apoſio
piſis. Acſi diceret.ſi hoc vel illud fecero
nũquã decetero mihi credatur. Quaſi
diceret. Iurauit dauid domino dicens.
Si introiero in tabernaculum domus
mee.id eſt ſi queſiero que mea ſunt.non
que dei. Quaſi non querã. Sciebat ei
ſe ꝓprio impediri:ne fiat locus deo. et
ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.id eſt ſi
acquieuero carni. Quaſi non acquieſ
cam. Ideo dicit aſcendero.quia res pri
uata ſuperbos facit.et:

## Si dedro ſomnũ oculis meiſ ⁊ palpebris meis dormitatõꝫ

Si dedero ſomnũ.i. carnalẽ vl' terrenã
delectationem oculis meis mentis.qua
ſi non dabo. Terrene felicitates ſomnia
ſunt dormiẽtiũ.que cito tranſeũt. Quo
modo enim qui videt theſauros i ſom
nis.dormiens:diues eſt: Sed euigilanſ
nil reperit Sic qui dormiunt torpenteſ
in diuitijs.et voluptatibus ſeculi:cum
euigilauerint: poſt hanc vitã:nihil in
uenient in manibus ſuis:quod iſte ſe ñ
feciſſe qui vult inuenire locum domino
dicit. Si dedero ſomnum oculis meis
et vt plus dicam: Si dedero palpebri



meis dormitationem. quod minus eſt
quam dormitio. Quaſi non dabo. Eſt q̃
non dormit.ſed dormitat. Modo enim
retrahit̃ a terrenis.modo illo.reuoluit̃
crebro inclinat caput. tamquã qui dor
mitat. Dum ergo iſtud quod minus eſt
a ſe remouet.de ſe plus. Dicit.

## Et requiem temporibus meis donec inueniam locum domino:tabernaculũ deo iacob.

Et vt ibi minus dicã.i. qđ min⁹ eſt a me
remouẽã. ſi dedro requiẽ tpibus.vel ti.
m. Quaſi ñ dabo a requie tempoꝝ ſom
n⁹ venit ad ocl'os: qꝛ dormiturl.dũ tpa
grauari icipiũt. ⁊ cũ ſẽſerit ſibi grauari
timpa iã iminet ſomn⁹. Cũ ergo aliquid
tẽporale te icipit delectare ad pccm̃ iam
grauãt̃ tibi tẽpora. ſed ne des te illi dele
ctatiõi.et ſomn⁹ nõ venit ad ocl'os. Iſta
cogitatiõe q̃i ꝯfricãs frontẽ excutis ſom
nũ.⁊ paras locũ dño. vñ ſbdit̃. donec i
ue.lo.do. Q.d. nõ itroibo i tabernacu
lũ:nõ aſcendã i lectũ.nec cetera que ſecũt̃
faciã.donec iueniã locũ dño. ñ qđ poſt
illa faciat ſed i loco pato i ſe et in alijs re
quieſcet deus. acſi diceret non illa faciã
ſed iſtud. Ideo dicit iueniam.quia diu
queſiuit. locum enim domino in ſe que
rebat qui ſuper humilem et quietum re
quieſcit. Locus autem dei eſt ſi ſua deſe
rit re. vel ſaltem amore ſi ſe non amat. ſꝫ
deum. Deinde qđ dixerat locũ. dicit ta
bernaculũ ſubdens.tabernaculũ deo ia
cob. Tabernaculũ dicitur ſm preſentẽ
ſtatũ i quo militat̃. In futuro erit dom⁹
pacis vbi pauſabit̃. In tabernaculo ad
huc gemim⁹ i domo laudabim⁹:qꝛ gemi
t⁹ ẽ pegrinãtiũ: laudatio iã i patria cõ
morantium. Et nõ qđ deo iacob dicit ſe
ſoluiſſe.ſicut ſupra dixit ei ꝓmiſiſſe. Vl'
ex pſona chriſti capitis põt legi ab illo
loco. Si itroiero. Q.d. Iurauit dauid
.i.chriſt⁹ dicẽs. Si itroiero i tab.do.m.
ſ.celeſtis habitatiõis. Tabernaculum
enĩ ẽ celeſtis habitatõ.⁊ ſi aſcẽdero i lec.
ſtr.m.i. ad dextã patri vbi ẽ reqes.⁊ fi
nis laboꝝ. ⁊ ſi ded.ſõ.o.m.i.ꝯquiẽ mor

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tis triduane. deinde alijs verbis idem r̃
petit. et palpe. meis dormi. Et req. tem.
me. do. inue. locũ do. taber. deo iacob.
ĩ id ẽ dõec eccl'a ſãcta ꝑ predicatõe fũdata
ſit. apoſyopeſis ẽ. q̃ ñ ãpliꝰ credaẽ mihi

**Ecce audiuimꝰ ea in effrata: in**
**uenimus eã in cãpis ſilue.**

Ecce audiuimus ea ĩ Secunda pars vbi
oſtenditur edificata domꝰ. et vbi. et pre
catur vt exalteẽ. et ne iudei penitus ſint
alieni.. Q. d. hoc ꝓmiſit dauid. et ꝯple
uit. Nam ecce audiuimꝰ ea. neutralĩẽ ſcꝫ
locũ domũ. vel eũ. ſ. locũ vel deũ. vl' eaꝫ
quã eã: ſcꝫ ſedem domĩ. in effrata ĩ Effra
ta eñ interpretaẽ ſpeculũ. Domus ergo
dei futura in lege et ꝓphetis predicata
eſt ĩ in quibus fuit imago et vmbra futu
roꝝ. Inuenta autem eſt in gentibꝰ. Vñ
ſubdit. inuenimꝰ eum vel eã: in cã. ſilue
id eſt ĩ gentibꝰ incultis. vbi erant vepreſ
idolatrie. quia quod in imagine. id ẽ in
figura predicatum eſt iudeis: in fide gẽ
tium manifeſtatum eſt. vnde. Miſit do
minus verbum in iacob: et cecidit ĩ iſra
hel ĩ vel ad litterã ita. Ecce audiuimꝰ euꝫ
ſcilicet dominum naſciturum. in effrata
hoc eſt betleem vbi natus eſt dominus.
et inuenimus eum in campis ſilue. Au
ditum quippe eſt eum naſci in betleem.
ſed propter fidem gentium ĩ campis ſil
ue compertus eſt ĩ et vt amplius confir
met. dicit ſe introiſſe ſubdens.

**Introiuimus in tabernaculũ**
**eius: adorauimus in loco ubi**
**ſteterunt pedes eius.**

Introiuimus in tabernaculum eius. q.
d. Nos quoqꝫ perſeuerando in malicia
non tantum inuenimus: ſed etiã Introi
uimus vel bimus in tabernaculũ eius.
ĩ dei iacob. Qui intrat vt habitet. ipſe a
deo habitatur. ad hanc domum perti
net qui alijs tanquam viuis lapidibus
charitate compaginatus eſt. Intrat er
go qui diligit: et qui intrat domus dei
efficitur. Et etiam adorabimus eum ĩ lo
co vbi ſteterunt pedes eius: domi. ĩ Do
mus dei ẽ vbi debet adorari. preter quã
nõ audit deus ad vitã eternam. Ille ad
domũ dei pertinet: qui ex charitate com
paginatus eſt alijs. et eſt ſenſus. adora
bimus ĩ loco vbi ſtete. pedes eius. ĩ dei.
id ẽ ita ꝗ de eis erimus. in quibus ſtant
pedes eius. Hi ſunt qui pſeuerant vſqꝫ
in finẽ. vel ita vt ad ipſam domum refe
ratur eius. adorabimus in loco vbi ſte
terũt pe. eius ĩ ſcꝫ domꝰ dei. Locꝰ vbi ſtãt
pedes domus dñi chriſtus eſt: ĩ quo pſe
uerãt. deiñ conuerſus ad deum ait

**Surge dñe in requiẽ tuã: tu ⁊**
**archa ſãctificatõnis tue:**

Surge domine ĩ Si dicitur hoc: qui di
cit. dormiui conturbatus. Quaſi dice
ret. vt hec predicta fiant. O domĩe ſur
ge a morte: in requiẽ tuam. ĩ vt iam non
conturberis. qꝛ mors illi vltra ñ domi
nabiẽ. ⁊ o domine te prius exaltato: ex
altetur poſtea eccleſia. vnde ſbdit. tu et
archa. q. d. ſurge tu ĩ prior. et archa. ĩ nõ
archa noe vel teſtamenti: que figura fu
it. ſed ſãctificatõnis tue ĩ id ẽ eccleſia ſur
gat quã ſanctificaſti ĩ Hec ſibi reſurrecti
onem nõ ꝓmitteret niſi prius reſurgerꝫ
caput ĩ Et te eunte ad patrem

**Sacerdotes tui induãẽ iuſti**
**cia: et ſancti tui exultent.**

Sacerdotes tui induanẽ iuſ. ĩ i. r̃gale ſa
cerdotiuꝫ induaẽ fide. qꝛ iuſtꝰ ex fide vi
uit. Unde petrus ait. Uos eſtis genꝰ ele
ctum. regale ſacerdotium. gens ſancta.
populus acquiſitionis. Sequiẽ. et ſãcti
tui. ĩ id eſt. membra tua accepto pigno
re ſpiritusſancti. exultent. id eſt letentur
ſpe reſurrectionis. Et accipit eoſdem ſa
cerdotes et ſanctos. ſcilicet omnes fide
les. vel ꝑ ſacerdotes ſignificat prelatos
eccleſie. ꝑ ſãctos ſubiectos fideles. Ar
cham ergo quam ſurgere precatus erat
per partes ipſius eccleſie diſtinguit ſb
dens. Sacerdotes tui. i. prelati: induã
tur iuſticia. et alijs vtutibus. ĩ vt eñ in
veti t. ſacerdotes diuerſis ornamentis
veſtium vtebanẽ: ita hi euangelici ſacer

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dotes diuerſis virtutib⁹ adornant. hec ſunt ornamenta que deus exigit. Que ei legales pontifices iu veſtibus geſtabāt illa euangelici ſacerdotes in cordib⁹ habere debent. ſequitur. et ſancti tui. id eſt minores ⁊ ſbditi. exultēt. Deinde ex perſona ipſius dauid rogantis deum p̄rez ſbditur.

**Propter dauid ſeruū tuū nō auertas faciem chriſti tui.**

Propter dauid ſeruū tuuz: nō auertas penitus a iudeis. o de⁹ pater. faciē chriſti tui. quia enim chriſtus a iudeis a q̄bus crucifixus eſt faciem ſuam auertit. ad gentes. rogatur pater propter reliq̄as iſrael vt ſalue fiāt. quod in apoſtoliſ et in alijs multis impletuz eſt. et nota ꝙ ait propter dauid. acſi diceret. mei etiaz memento. et vt propter me iudeos ſūditus ñ repellas:

**Jurauit domin⁹ dauid ueritā tem et nō fruſtrābit̄ euz: d̄ fructu uentris tui ponā ſuper ſedem̄ tuam.**

Jurauit dominus dauid. Tercia pars vbi dicit promiſſiones dei factas edificate ſyon. id eſt eccleſie. ⁊ loquit̄ dauid in ſua vel in totius chriſti pſona. Q. d. Bene dico ꝑpter dauid. quia dominus iurauit veritatē dauid. illi actuali filio iſai. et nō fruſtrabit̄ eum dauid. Vł' ꝑm aliā lrām. nō penitebit eum ſcz dominū. Penitere dicit̄ deus: nō propt̄ conſilij ſed operis mutationē. nō em̄ penitētiaz patit̄ deus aut in aliquo fallitur. vt velit corrigere ī quo errauit. Sed quomodo homo quē penitꝫ mutare vult quod fecit: ſic vbi audis: qꝛ penitet deum mutationem ipſam intellige. Alit̄ facit illā deus. aliter tu. Tu ei facis quia erraueras. ille facit quia vindicat. vel liberat. Jurauit dico. dicens. de fru. vē. t. po. ſ. ſe. tu. Poſſet dicere de fructu. fēoris tui ſꝫ ſignificanti⁹ ait: de fru. vē. t. qꝛ d̄ femina natus eſt chriſt⁹. quo. i. ad quā feminam vir ñ acceſſit. Unde illud. Et exiuit ꝑ clauſam portā. lux ⁊ decus chriſt⁹ poſitus eſt ſuꝑ ſedem dauid. Juxta illō. Et dabit illi deus ſedem dauid patris ſui. quia quos dō tempaliter rexit: chriſtus ſpūalit̄. Et nō mō illum ponam ſuper ſedem tuam. ſꝫ etiā.

**Si cuſtodierīt filiī tui teſtamē tū meum: et teſtimōia mea hec q̄ docebo eos.**

Si cuſtodi. fi. t. teſta. me. ⁊ c. Tunc et filij eorum ſedebunt. Meritū vident̄ facere parentes filijs ſuis: per hoc ꝙ dicit. Si filij tui cuſtodierint. ⁊ filij eorum ſedebunt. Sꝫ ſciendū eſt ꝙ hoīes ſpē ſuaz dn̄t filios generare ⁊ reliquere. filij ſpes eoꝝ ſunt. iō nomine filioꝝ ſpem poſuit. Per filios aūt filiorum fruct⁹ ſpei accepit. et eſt ſenſus: Si filij tui id eſt ſpes filiorum tuorum: cuſtodierint teſtamentum meum. ſcz pactum baptiſmi. id eſt ſi filij tui bene ſperantes cuſtodierit pactum baptiſmi. ⁊ teſtimonia mea. id eſt precepta vite. ſcz hec que docebo eos. ñ que ipſi ſibi ꝯſtituāt.

**Et filiī eoꝝ ūſqꝫ ī ſeculuz: ſedebunt ſuꝑ ſedem tuam.**

Et tūc filij eoꝝ id eſt fruct⁹ eoꝝ. vſqꝫ ī ſe. id ē ī eternum. ſedebunt ſuꝑ ſedē t. i. tales fruct⁹ habebūt vt ſpes eoꝝ nō fallat. ſed veniat quo ſpat. Vł' ita. ꝑ filios accipe hoīes. ꝑ filios eoꝝ imitatores. et eſt. Si cuſtodierint filij tui. id eſt homines ex te nati. teſtamentū meum: et teſtimonia mea: hec que docebo eos. hoc ñ mutatur. Et etiam filij eorum id eſt ſequaces eorum: ſi cuſtodierint. hic diſtigue. ⁊ poſtea iferas. vſqꝫ ī ſecu. i. q̄diu durabit hoc ſcl'm: ſedebunt filij tui ⁊ filij eorū: ſuꝑ ſedem tuā. i. ſpūales reges ſui ⁊ aliorum erunt vt tu temporalis. Si cuſtodierint ſedebunt. Quid ergo ſi nō cuſtodierit: ꝑit ꝑmiſſio non quia ſi ī te nō impletur: impletur in alio. Nam et filij dauid ſunt: non ſtirpe: ſed cultu dei ⁊ fide. Si ergo non cuſtodierint teſtamentum meum: non ſunt filij. Nō ergo glie

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

ris de carne. vel ita vt p Dauid itelligaẗ Chriſtus. et agit de pmiſſione facta Chriſto hoc modo. Jurauit do. pr̄ Dauid. i. Chriſto ve. et nō fru. vel penitebit eū dicens. de fru. vent. tui po. ſu. ſe. tu. i. illos quos pies ad fiō o tu Chriſte faciā reges ſui. nō tū om̄s ſed cuſtodiētes teſtm̄. vñ ſubdit. Si tū cuſto. fi. tu. te. me. ⁊ te. me. hec que do. eos. Hoc nō mutaẗ. et fi. eo. ſi cuſto. ſe. ſu. ſe. tu. i. ṗticipes erūt tue beatitudis. vt ſic̄ es regie ṗtātis. ita et ipſi p mō ſuo. et hoc vſq̄ in ſeclm̄. i. in etnū. hoc ē illud ſeculū cuius nō erit finis. ac ſi diceret nō eſt tpale p̄miū ſed eternū.

**Qm̄ elegit dn̄s ſyon: elegit eaȝ in habitationē ſibi.** Qm̄ ele. do. Q. hoc pmiſit deus gratis nō pro meritis. Qm̄ ele. do. ſola gr̄a ſyon. i. eccleſiā. ad q̄ elegit eā: in ha. ſi. vbi ſpūalit̄ habitet qui vbiq̄ ē elegit dicens.

**Hec requies mea in ſeculū ſeculi: hic habitabo qm̄ elegi eam.** Hec ē requi. me. Uerba dei pr̄is ſūt hec q̄ ſic amat deus nos vt dicat ſe requieſcere in nobis. ſi nos requieſcimus in illo. Nō em̄ ipſe aliq̄n turbaẗ aut requieſcit i ſe. ſed dicit ſe requieſcere in nob: q̄ nos i illo requiē habem. Hec ē ergo requies mea vbi ſcȝ requieſco ⁊ hoc in ſe. ſe. q̄ durat in etnuȝ. hoc ad lit. nō poſſet dici cū ſepe ſit euerſa illa trena hierlm̄. Hic. i. in eccleſia ha. nō merito ſuo. ſed qm̄ ele. eā dans bn̄dictionē. vñ ſubdit. Et

**Uiduā eius bn̄dicēs bn̄dicam: paupes eius ſaturabo paībus.** Bn̄dicens bn̄. iugi bn̄dictione. vid. ei. Uidua ē oīs aīa que intelligit ſe deſertaȝ oi auxilio. niſi ſolius dei. ⁊ ego ſa. pa. ſcȝ celeſti pane. Deus em̄ eſt paīs qui in carne ſe lac fecit. quos ſaturabo: pau. ei. ſyon ſcȝ nō p̄ſumentes de deo. vñ alibi. Edent paup. et ſa. Supbi vero ſaturati ſūt in ſe nec ſaturabunẗ ſed hūiles q̄nto plus eſuriūt tanto plus manducāt: et tāto plus eſuriūt q̄nto inanes ſūt a ſeclo.

Plenus faſtidit. et quicq̄ illi daturus es reſpuit. Et

**Sacerdōtes eius induā ſalutari: et ſancti eius exultatōne exultabūt.** Sacerdotes ei. i. genus electū ſcȝ omnes fideles indu. ſaluta. i. Chriſto ṡm illud. Quotquot in Chriſto baptizati eſtis Chriſtū induiſtis et ſan. ei. iidez qui et ſacerdotes exul. exultatione. quia induti ſūt ſalutari. Non em̄ in ſe lux ſūt. ſed in dn̄o. Uel diſtingue inter ſacerdotes et ſanctos ſicut ſupra. et eſt. Sacerdotes eius. i. p̄latos indu. ſalu. i. Chriſto vt honeſti ſint ad docendum. et ſancti eius. i. ſubditi exulta. exultatione de Chriſto. vñ ſubdit.

**Illuc pducā cornu dauid. paraui lucernā chriſto meo.** Illuc vel illuc vel ibi. pdu. vel ſuſcitabo. C. d. Jō exultabunt. quia illuc vel illuc vel ibi pducā vel ſuſcitabo cornu Dauid. i. Chriſtū vt de Chriſto p̄ſumaẗ. Ipſe em̄ eſt altitudo quaȝ ſignificat cornu. non carnalis ſed ſpiritualis. Ipſe eſt qui baptizat poteſtate et auctoritate. ergo ſecure in eo exultant. qui bene p cornu ſignificaẗ: quia cornu carnē excedit. et eccleſie altitudo ſpiritualis que carnem excedit: Chriſtus eſt: qui p gratiam nobis carneȝ vincere p̄ſtat. Cui Joannes lucerna paraẗ. vnde: ſubdit. para. lucer. chriſto meo. Hec lucerna eſt. Joannes. qui illuȝ oſtendendo p̄dicat dicens. Hic eſt qui baptizat. qui Joannes p̄currens Chriſtum nunciat. homines baptiſmo aſſuefaciens viam p̄parat verbo. Ipſe enim eſt p̄eco verbi paranymphus ſponſi. lucerna Chriſti. Inde eſt q̄ in diebus in quibus feſtum non celebraẗ. vnus cereus ante euangeliū defertur. Hic eſt Joannes qui Chriſtum p̄ceſſit: p̄dicando: baptizando. In feſtiuis aūt diebus duo cerei p̄cedūt per quod ſignificaẗ q̄ bini et bini miſſi ſunt apoſtoli ad p̄dicādum in iudeam ante Chriſti mortem ⁊ reſurrectionē.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Inimicos eꝰ induā ↄfuſione: ſup ipm aut efflorebit ſcificatō mea**

Inimicos aūt eius .i. Chriſti indu. ↄfu. hoc faciet filius cui omne iudiciū datuꝫ eſt. ſed nota patreꝫ qui hic loquit̄ facere quod filius facit. ſu. ip. aūt Chriſtū efflo. ſan. mea nō tm̄ erit ſed efflorebit: qꝛ ipſe ſolus ſanctificat et nemo alius. In eo floret ad gloriā ſanctificatio a ſimili arboris que qn̄ floret pulchrioꝛ ē. Floret ergo ſanctificatio in Chriſto in quo ē poteſtas ſanctificatōnis. in hoīe aūt qui fenū ē cuius omnis claritas ē vt flos feni nō poſſet florere.

## PSALMUS CXXXII

### Canticum graduum.

CAnticū graduū. Quartuſdecimus gradus ē charitas ꝓximi que facit fratres habitare in vnū. vn̄ eſt bn̄dictio et vita. Et ē hic pſal. athomus .i. ſine diuiſione vbi charitas ꝓximi ↄmendat̄ que nullā admittit alienationē mentis ſeu diuiſionem. hic ergo vir iuſtus de fratrū cohabitatione exultans ait.

**ECce q̄ꝫ bonum et q̄ꝫ iocundum: habitare fratres in vnum.** Ecce quod oſtendentis ē quaſi plus oſtenſione q̄ꝫ lingua explicet̄ quod dicturus ē. q̄ꝫ bonū ē .i. vtile et q̄ꝫ io .i. delectabile. hoc iō ſubdit qꝛ ſūt bona que nō delectant. Quid ē bonū et iocundū: fra. ha. in vnuꝫ. Recte tn̄ diſpoſitis ſingulorū diuerſis officiis. quod nō impedit vnitatē. ſed facit que vnitas erat inter illos de quibus dicit̄: Erat illis coꝛ vnū et aīa vna in deū. Hoc aūt ſcꝫ quod hic dicit ſcꝫ habitare in vnū omnibus chriſtianis ↄuenit qui in vnuꝫ debent habitare mente et fide. ſed ꝓprie ↄuenit monaſteriis et fr̄ibus in vnū cohabitantibus. nō mō corde ſed etiā corpe vt et illis fr̄ibus de iudea qui oībus ſuis poſitis ad pedes apl'oꝝ in vnū habitabant. de quibus dicit̄. Erat illis coꝛ vnū et ani. v. ↄ erant illis oīa ↄia. Iſte nāqꝫ verſus velut dulcis ſonus et ſuauis melodia. toto orbe notiſſimꝰ vt tuba ſpūſ ſancti diuiſos corpe ↄgregauit in vnū et monaſteria plurima pepit. A quibus tn̄ bn̄dictio ad ceteros deſcendit qui ſi non corpe in vnū habitant mente tn̄. et quia oſtendendo dixerat ecce oñdit q̄ꝫ bonū ſit et iocundū ſubdens.

**Sicut vnguentū in capite: qd̄ deſcēdit in barbā barbā aaron**

Sicut vnguen. in ca. Q. d. Ita ē bonū et iocundū habitare fr̄es in vnū. Si. vn. in ca. qd̄ deſcen. in bar. bar. Aa. Dicūt quidā hic fieri compationē int̄ cohabitationē fr̄m et actuale vnctionē Aaron ꝛ roꝛē Hermon. Sed nihil eſt cū hoc magnum nō ſit ꝛ illi montes interuallo magno diuiſi ſint. ſpūaliter ergo omnia intelligenda ſunt. Aaron ſacerdos eſt qui ſeipſuꝫ obtulit .i. Chriſtus qui intrauit in ſancta ſanctoꝝ qui fuit victima ꝛ ſacerdos. qui cū in mundo nō inueniret mandū qd̄ offerret ſeipſū obtulit. qui cū eccleſia ē vnꝰ et totus Chriſtus. In capite eius eſt vnguentū: qꝛ in eo habitauit plenitudo diuinitatis corpaliter cui nō eſt datus ſpūs ad menſurā. ſed a capite Chriſto aſcendente ad celos: venit ſpūſſanctus in barbam eius .i. in fortes: ſtrenuos: alacres. quos barba ſignificat que ē iudiciū virilitatis. Ideoqꝫ cū fortē aliquē deſcribimus dicimus barbatus eſt. Deſcendat ergo vnguentum in barbam. Primum in apoſtolos ꝛ in illos qui primos impetus ſeculi ſuſtinuerunt. ſed vinci non potuerunt. et ab illis deſcendit etiam in oram veſtimenti. Veſtis Chriſti eſt eccleſia que eſt ſine macula et ruga. Ora veſtis finis eſt in quo veſtis perficit̄. Hi ſunt perfecti qui in vnum habitant. qui Chriſti legem implent que eſt alter alterius onera portate. Et eſt ſenſus. Ita eſt illud bonuꝫ et iocundum. Sicut vnguentum .i. vnctio ſpirituſſancti que prius fuit in capite Chriſto. Et dicitur hoc a ſimi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

litudine regũ et ſacerdotũ: qui in veteri
te. in figura Chriſti vngebant. qđ vnguẽ
tũ poſtea deſcen. a capite Chriſto in bar.
deiñ determiat in cuius barbã: ſubdens
bar. Aaron ſcꝫ Chriſti veri ſacerdotis. Ec
ce determinatio .i. in apoſtolos et alios
ꝓmitiuos ſanctos. qui ꝓmo ꝓ fide certa
uerũt ſed vinci nõ potuerũt: qꝛ iã caput
ipſũ paſſũ preceſſerat. a quo deſcẽdit vn
guentũ precedente tali exemplo quis vi
ceret barbã.

## Quod deſcendit in orã ueſti- menti eius: ſicͥ ros hermon qui deſcendit in montem ſyon.

Quod deſcen. in orã ve. ei. Dico deſcen-
dit in barbã vnguentũ. Quod vnguen-
tũ poſtea deſcen. in orã ve. ei. i. Chriſti. i.
in illos ꝑfectos qui in vnũ habitant. ⁊ fit
ꝯpatio int cohabitationẽ fraternã et ſpi
ritualẽ vnctionẽ ſcꝫ int cãm ad effectũ.
vel ora ad quaꝫ deſcendit vnguentũ ac-
cipit. nõ illa que ẽ in lateribus veſtis ſed
que in capite. Tales ſũt qui habitant in
vnũ. Sicut em̃ ꝑ iſtas oras intrat caput
hois vt veſtiat ie: ſic ꝑ fraternã ꝯcordiã
intrat Chriſtus vt ab eccleſia veſtiat. et ſi
gnificant idem ꝑ orã veſtis qui et ꝓus:
ſed iuxta aliã ꝓprietatẽ. Uel per orã que
eſt finis veſtis itelligunt ſancti qui erũt
in nouiſſimis tꝑibus eccleſie ſcꝫ tꝑe anti
chriſti. Et eſt ſenſus. Deſcen. in orã ve. ei.
i. vſqꝫ ad extremitates eccleſie i fine mũ
di que ẽ tunica indiuiſibilis. Deiñ aliis
verbis diuerſa notantibus ideꝫ dicit. ſicͥ
ros quaſi ita bonũ eſt ⁊ iocundũ habita
re fratres in vnũ. ſicͥ bonus et iocundus
ros hermon. Ros de celo veniens gr̃a
eſt qua fratres in vnũ habitant non ſuis
viribus vel meritis. Hermon ad lr̃am
mons eſt trans Iordanẽ. Si ergo hoc ad
lr̃am accipiat: mirũ eſt ꝙ ab eo ros de-
ſcendat in Syon. immo impoſſibile: ſed
ſpiritualiter intelligendũ eſt. Hermon
em̃ dicit lumen exaltatũ. i. Chriſtus ꝓus
in cruce poſtea in celo exaltatus: a quo
ros gratie deſcen. in Syon. i. in eccleſiã.

Et eſt ſenſus: Ita eſt illud bonum ſicͥ ros
hermon. i. gratia Chriſti prius in cruce
poſtea exaltati in celo. qui ros deſcen. in
monteꝫ Syon. i. in eccleſiã. Non em̃ in
vno eſt eccleſia niſi eius dono et gratia.
Idem igit ſignificat hic Syon quod ſu-
pra barba et ora veſtimenti. Idem ve-
ro ros hermon quod ſupra vnguentuꝫ
ſcꝫ gratia ꝑ quã fit cohabitatio. Qui em̃
in vno ſine rore charitatis ſunt: ſunt in
quietũ iumentuꝫ in iunctura. quod non
trahit ſed turbat. Odioſi em̃ ſunt: mole-
ſti ſunt: turbulenti ſunt. anxietate ſua ce-
teros turbant. et querunt quid ſiniſtri đ
aliis dicant. Hi etiã murmurant de qui
bus dicit in libro Ieſu filii Syrach. pre
cordia fatui: rota carri: fenum portat: et
ſemper murmurat. Hi tales ſunt qui re
linquunt in mola: in agro: in lecto qui
in vnũ corpore ſolummodo ſunt. Ceteri
vero aſſumunt qui in vnum ſunt corde.
Uel ita. Hermon mons paſcualis eſt. ſi
cut et mons Syon. Per hermon ergo ſi
gnificant gentes que pabulũ verbi rece-
perũt. Et eſt. Ita eſt hoc bonũ ſicͥ ros her
mon. i. gratia quã gentes receperũt: qui
ꝓus deſcen. in mon. Syon. i. ſuꝑ iudeos
Uel ꝑ hermon qui interpretat anathe-
ma accipiunt peccatores. ꝑ ſyon eccleſia.
Ros eſt tenuis aqua. vnde terra germi-
nat. et ſignificat gratiã qua peccatores
ꝯuertunt. Ros ergo eius. i. hermon. ẽ
ros gratie qui peccatores nutrit in bo-
no qui ros deſcen. in mon. Syon. qñ il
li hoc rore rigati ꝯuertunt ad eccleſiam:
que eos recipit. Et eſt ſenſus. Ita eſt illđ
bonũ ſicut ros hermon. i. gratia nutri-
ens peccatores qui deſcen. in mon Syõ
. i. quo illi ꝯuertunt ad eccleſiã.

## Quoniam illic mandauit do- minus benedictionẽ et uitã uſ- qꝫ in ſeculum.

Qm̃ illic. Q. d. Ideo
bonum eſt ⁊ iocundum habitare fratres
in vnum. Quoniam illic. id eſt in fratri
bus qui habitant in vnum. mandauit
dominus benedictionem hic id eſt preci
pit vt hic benedicerent deum. Con-

cordes eñ benedicunt deũ. diſcordes nõ
Nam in diſcordia nõ eſt vera benedictio
quia ſi lingua ſonat cor ſilet et man. i. ꝓ
miſit vitã in futuro duraturã vſqꝫ in ſe.
i. in eternũ.

## PSALMVS CXXXIII
## Canticum graduum.

Canticũ graduũ. Quintuſdeci-
mus gradus eſt charitas dei.
Et iſte tercius pſalmus de cha
ritate dei de qua hic agit. ſicut ſupra de
charitate proximi. non ꝙ alia gratia ſit
qua diligiť deus ⁊ alia qua ⁊ proximus
Sed quia diuerſos actus habet ipſa gr̃a
⁊ diuerſa diliguntʼ ea. ¶ Inten. monet ad
diligendũ deum. Modus. Biptitus eſt
pſalmus. Primo inuitat pluraliter be-
nedicere deũ. Secundo optat benedici.
ibi. Benedicat. monẽs ergo ad benedicen
dum ait.

**Ecce nunc benedicite do
minũ: omnes ſerui dñi**
Ecce demonſtrantis eſt. Et qui
bus faciat hanc demonſtrationẽ determi
nat. vos ſer. do. om. adunati in vnũ. nũc
ſcꝫ tot gradibus ꝯſcenſis. vel nũc. i. in
hoc tempe in his aduerſis. benedicite do
minũ. vos dico.

**Qui ſtatis in domo domini:
in atriis domus dei noſtri.**
Qui ſtatis. i. perſeueratis in do do. i. in
penetralibus ſcꝫ maiores ⁊ ꝑfectiores in
eccleſia. et vos etiã qui ſtatis in atri. do.
dei no. i. in ingreſſu ſcꝫ incipientes. ſũt
eñ in hac domo diuerſi ſtantiũ ordines
¶ Et nota ꝙ ait ſtatis non ſedetis: quia
ſeruoꝝ non eſt ſedere in domo domini.
vel de eiſdem accipiť. et per domũ intel-
ligiť eccleſia. ꝑ atria latitudo charitatis
In charitate eñ que extendiť vſqꝫ ad in-
imicos latitudo eſt: in odio anguſtia. Q.
d. vos benedicite. Qui ſta. i. ꝑſeueratis.
in do. do. i. in eccleſia. et qui ſta. in atri.



do. dei no. i. in latitudine charitatis v-
bi nullus anguſtiať. Et.

**In noctibus extollite manus
ueſtras in ſancta: et benedicite
dñm.** In noctibus. i. in aduerſis non
ſolum in diebus proſperitatis extol. ma.
ve. corporis et operis. Sicut Moyſes
manus ſuas leuauit pugnante populo
Iſrael ꝯtra Amalech. Extollite dico in ſã
cta vt intentione eternoꝝ bonum opere-
mini. Aliter eñ non valet. et benedicite
do. nil boni nobis tribuentes ſed totum
deo.

**Benedicat te dñs ex ſyon: qui
fecit celum et terrã.** Benedicat te d.
Secunda pars vbi optat benedici fide-
les. Q. d. dixi benedicite. et vt hoc poſſi-
tis. Benedicat te dñs benedictõne que eſt
ex Syon qui poteſt quia ipſe eſt qui fecit
ce. et ter. ¶ Nota ꝙ ſupra hortať plu-
res benedicere vni. Ipſe vero vnũ bene-
dicit tñ quod notat ſingulariter dicens
Benedicat te qꝛ etſi plures ſint tñ in vnũ
ſunt. et vnitati benedictio ꝯuenit. vnde.
Unus in piſcina ſanabatur qui prior de-
ſcendebat. Eſto ergo in vno et perue-
nit ad te benedictio. Attende etiam ꝙ vir
iuſtus qui tot gradus ꝯſcendit benedi-
ctionem ſupernam loco remuneratõnis
accipit quia omne munus aſcendentiũ
benedictio eſt.

## Alleluia

Alleluia. Poſt gradus qui du
cunt ad eternitatem ꝯgrue po
nitur Alleluia: vt eccleſia frua-
tur laudibus dei cui tale munus para-
tum eſt. ¶ Intentione monet ad laudem
Modus. Tripertitus eſt pſalmus. Pri-
mo demonſtratiua oratione vtens pro-
pheta monꝫ deum laudare propter eius
potentiam enumerans eius magnalia.
Secundo idolorum cultores redargu-
it ibi. Simulachra. Tercio omnes ordi

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

nes monet ad laudē dei. ibi. Domus Iſrael. Propheta ergo quaſi intentionē ſuam aperiens poſt gradus predictos ſtantes in domo alloquit᷑ vt poſt bn̄ficia deum laudēt dicens.

## Pſalmus. CXXXIIII

**Laudate nomē domini laudate ſerui dominū**

Laudate no. i. potentiam do. Unde vos meliores eſtis nō ipſe. Deus enī nec melior fit ſi laudaueris nec deterior ſi vitupaueris. ſed tu laudando melior eris vitupando deterior. Bonus aūt ille ſemp manet vt eſt. Deinde qui ⁊ quare laudare debeant ſubdit. laud. ſer. do. Q. quis diceret. Qui debent laudare: et quare: Ecce. vos ſerui: et qꝛ ſerui eſtis lau. do. Alioquin. i. niſi laudent offendūt cū ipſi ſerui ſint et ipſe dn̄s. Deinde addit.

**Qui ſtatis in domo dn̄i in atriis domus dei noſtri.** Qui ſtatis. in do. do. Q. vos ſerui laudate. Qui ſtatis nō titubantes nō ruitis. vn̄ eū laudare debetis. Statis dico in do. do. et in atri. do. dei nr̄i. i. qui ſtatis. vel in ſecretario vel in ingreſſu. Deinde repetit.

**Laudate dominū quia bonus dominus: pſallite nomini eius quoniam ſuaue.**

Laudate do. propter hoc laudate: qꝛ bo. eſt do. proprie a quo ſunt omnia bona. vno verbo: laudis cā explicata eſt. Si ei omnia laudant᷑ qꝛ bona ſunt. Precipua cā laudis eſt qꝛ bonus eſt ex ſe et in ſe. cuius bonitas nō qualitas ſed natura. Ille bō ſuo bon⁹ ē n̄ aliūde pticipato bō. ille ſeipſo bonus nō adherendo alteri bono qui nō eguit aliquo vt fieret bonus. ſed eguerūt illo cetera vt fierent bona. Sed qꝛ ipſe a nobis nō poteſt videri qualiter in natura ſit bonus vel opa videamus. vnde ſequit᷑ pſal. no. ei. qm̄ ſua. vel uis. dū dedit ſe poſſe guſtari carnē factuȝ vt de pane angeloꝝ viuat homo quod eſt pncipiuȝ inter alia opa. et ideo ante alia hoc ponit᷑. Et eſt. pſal. no. ei. i. laudate eū eo ꝙ id fecit quod res nominis ſui exigit cū ſe incarnatū dedit hominibus guſtari. et hoc ideo: qm̄ ſua. eſt nomen guſtanti. i. res nominis. Et notanduȝ ꝙ ita tempat᷑ laus dei in hoc pſalmo vt et firmoꝝ ſit et infirmoꝝ ſicut et p Moyſen qn̄ eum mitteret ad filios Iſrael cū dixiſſet. Ego ſum qui ſum. hec dices filiis Iſrael. Qui eſt miſit me ad vos. Quod nō capit homo. Ideo ꝯtinuo tempauit ⁊ dixit quod poſſit capi ab homine ita. Ego ſum deus Abraham deus Iacob et deus Yſaac quod nomen propter hominem ne videret᷑ tempale addit. hoc nomen ē mihi in eternū nō quia illi ſint eterni ſed qꝛ illos fecit eternos poſtea ſine fine. habuerūt quippe initiū ſed finem nō habebunt in quibus tota eccleſia intelligit᷑: totū ſemen Iſrael cogitat᷑. Sequit᷑

**Quoniam iacob elegit ſibi dominus: iſrael i poſſeſſionē ſibi**

Qm̄ Iacob. Q. d. Ideo pſallite: qꝛ iſta que ſequūt᷑ fecit que capere valetis. dico ſcȝ qm̄ do. ele. ſibi gratia non merito Iacob. i. iudaicū populū qui intelligit᷑ per Iacob qui interpretat᷑ luctator et ſignificat illos qui ꝯtra ſpirituales nequicias luctant᷑. Aliis verbis idem repetit. Iſra. elegit ſibi in poſſeſſi. Ad lit. Ceteras gentes poſuit dn̄s cuſtodiendas ſub angel᷑. Iacob vero. i. iudaicū populū ſibi elegit quem vt agrum coleret ſeminaret: poſſideret: ſeruaret.

**Quia ego cognoui q⁹ magn⁹ eſt dominus ⁊ deus noſter pre omnibus diis.**

Quia ego cognoui. et quaſi aliquis querere vnde ſcis hoc. ſubdit. Quia ego raptus ad ſuperna cognoui ꝙ magnus eſt dominus in ſe quod non omnes poſſūt ſcire ſed credant noſcenti qui intrauit in ſanctuarium dei. et forte audiuit archana verba et ineffabilia que non licet ho

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

mini loqui. Qui dixit ꝙ poſſet homini-
bus dici. et tenuit apud ſe ꝙ non poſſet
dici. Si eñ diceremus illi rogamus te ex
plica magnitudinem illius. Nonne forte
reſponderet nobis. non eſt valde magn⁹
quem video ſi a me poterit explicari. Se
quitur. et deus no. eſt pre om. diis. i. ſu
per omnes deos qui ſunt in celo et in ter
ra: quia eos fecit. Sequit.

**Omnia quecunqȝ uoluit domi
nus fecit in celo ⁊ in terra: in ma
ri et in omnibus abyſſis.** Omnia
quecunqȝ. Hic redit ad opa que capiant
q. d. magnus eſt i eſſentia magnus quo
qȝ in operibus: quia dominus fecit in
celo et in ter. om. viſibilia et inuiſibilia.
quecunqȝ vo. breuiter ꝯcludit omnia et
bene ait quecunqȝ voluit. Cauſa eñ om
nium que fecit voluntas eius eſt ⁊ nulla
neceſſitas et non tm̄ in celo ⁊ in terra ſed
etiam in mari. qd commeat et in om. ab
yſ: i. in profunditate ignoti occeani quod
firmiter credendum eſt. Si ergo omnia
eius opera comprehendere non poſſu-
mus hoc de eis firmiter teneamus ꝙ om
nia a deo facta ſunt. Sequit.

**Educens nubes ab extremo ter
re: fulgura in pluuiam fecit.**
Educens nubes. Que fecit enarrat. Ad
litteram. Secreta nature deum dicit mi
niſtrare. Q. fecit que voluit. ipſe dico. E-
ducens nubes ab extremo ter. i. ſiue ab
imo terre. ſiue a circundatione finium
terre vnde adducit eas ad medium terre
vt ibi pluant. et fulgura fecit in pluuiã.
quia fulgura ſine pluuia terrerent et ni
hil darent. fulgura terrorem pluuia gau
dium facit. Qui ergo terruit fulgure re-
ficit pluuia. et ipſe eſt etiam.

**Qui producit uentos de the-
ſauris ſuis qui percuſſit primo
genita egypti: ab homine uſqȝ
ad pecus.** Qui producit ventos de
theſauris ſuis. i. de occultis cauſis. ne-
ſcis vnde veniant ſed ſcis ꝙ iuſſu dei
flant. Qȝ eñ flat ventus ſentis ſed qua
cauſa flat. vel de quo theſauro rationis
eductus ſit neſcis. Sequit ipſe eſt qui p-
cuſſit ⁊c. Hec que ſecunt in hominibus
fecit propter populum ſuum. Si dixit
que amares in creaturis audi que time-
as. ipſe eñ eſt. qui percuſſit primogenita
Egypti ab homine vſqȝ ad pecus. Hoc
ſepe repetit ad iudicandam potentiam
dei vt non caſu hec facta putarentur ſed
in magna futuri ſignificantia. Sequit.

**Et miſit ſigna et prodigia i me
dio tui egypte: in pharaonem
et in omnes ſeruos eius.**
Et miſit vel emiſit ſigna ⁊c. Hec ita mani-
feſta ſunt vt expoſitione magis obſcuren
tur. Dum vero audis que facta ſunt in
impios. caue ne et in te fiant. Ideo hec
vtilia ſunt cum leguntur. Deinde que
dominus fecerit poſtquam populus e-
ductus eſt de Egypto ſubdit.

**Qui percuſſit gentes multas:
et occidit reges fortes.**
Qui percuſſit gentes multas. Que poſ-
ſidebant terram quam populo ſuo dare
volebat et oc. re. for.

**Seõ regem amorreoꝝ ⁊ og re
gem baſan: ⁊ omnia regna cha
naan.**
Seon Regem Amorreorum. et Og Re-
gem Baſan. Hoc ſub Moyſe factum fu-
it. De his in libro Numeri legitur. ꝙ cũ
prohiberent filios Iſrael per fines ſuos
tranſire. percuſſi ſunt ipſi ab eo et poſſe-
dit populus Iſrael terram eorum. et om
nia regna Chanaan percuſſit ſub Ioſue
mortuo iam Moyſe. Hec patent. Sequi-
tur.

**Et dedit terram eoꝝ heredita-
tem: hereditatem iſrael popu-
lo ſuo.**

Et dedit ter. eo. he. Q. illos impios expu
lit. et de. ter. eo. he. he. Iſ. po. ſu. ꝓb his
factis ſequit exultatio laudis.

**Domine nomē tuū in eternū · dn̄e memoriale tuū in generatione et generationē.** Dn̄e no. tu. Q.
cū hec feceris impletū eſt os meū laude et
dixi. Dn̄e no. tu. ꝛc. hec quidē ad lit. quō
ſunt ſcripta vidimus. ſed et aliq̄ ſignifi-
cant quod explicari oportet. ¶ Repeta-
mus ergo ab illo loco. Omnia quecunqꝫ
vo. fe. in ce. et in ter. ꝛc. Typice hoc ī ho
minibus poſſumus agnoſcere. Celū enī
ſunt ſpirituales: terra carnales. Ex his
duobus tanqꝫ celo et terra ꝯſtat eccleſia
dei. in his facit quecunqꝫ vult et etiam
in mari facit quod vult. i. in infidelibus
in quibus nihil fit niſi iuſſu dei. nō enī ſe
uiunt niſi ꝑmittant a deo nec vindicant
in eos niſi deus iuſſerit. et in ominibus
abyſ. que voluit fecit. Abyſſi ſunt laten-
tia corda mortaliū. profunde cogitatio-
nes hominū. et ibi facit deus quod vult:
quia interrogat iuſtū et impiū. latet cor
bonū: latet et cor malū. et in vtroqꝫ ē ab-
yſſus. ſed deus hoc videt quē nihil latet
et ꝯſolat cor bonū et torquet malū. Se-
quit. et ipſe eſt educens nu. ab extre. ter.
Nubes ſunt predicatores. vnde. Manda
bo nubibus meis ne pluant ſup eam ym
brē. et itē. Qui ſunt iſti qui vt nubes vo-
lant: Quas nubes nō tm̄ de Iſrael miſit
ſed ab extremo terre excitat: et in fines or
bis terre mittit. Sed quid de ipſis nubi
bus facit: fulgura in plu. fe. i. minas ad
miſericordiam flexit de terroribus irriga
uit. Predicatores nanqꝫ et terrent et blā-
diunt. Terrent ꝯminando eterna ſuppli
cia. mulcent ꝓmittendo eterna gaudia.
Ideoqꝫ de māna legit ꝙ liqueſcebat ad
ſolem et indurabat ad ignē. Manna enī
celitus datū figura eſt diuini eloquij qđ
liqueſcit ad ſolem dū mentes fideliū fu-
ture claritatis promiſſione letificat. vt
cū ait fulgebūt iuſti ſicut ſol in regno pa
tris eor. Indurat aūt ad ignem dū pec-
cantiū ꝯſcientias future pene ꝯminatio-
ne adurit vt illud. Omnis arbor que nō
facit fructum bonū exci. et in ignem mit.
Ideo in veteri lege in veſte ſūmi pontifi
cis erat coccus bis tinctus qui habet ſpe
ciē ignis. Ignis vero duo facit: vrit ſcꝫ
et lucet quia predicator peccantiū corda
adurere debet fulgure comminationis:
et pior mentes ꝯfouere promiſſione eter
ne lucis. Inde etiā eſt ꝙ baculus ponti-
ficalis ex inferiori ꝑte pungit, ſuperius
in anteriora extendit. Quia predicator
pungere debet vicia carnis: et mentis vi
res in anteriora dirigere. Ita tn̄ vt ad ſui
ꝯſiderationē ſemp redeat ne cū aliis pre-
dicauerit ipſe reprobus efficiat. Et in ꝑn
cipio ſermonis ſui accuſator ſit ſui. ne vi
deat veſtucam in oculo alterius geſtans
interim in peregrinatione iſta dat no-
bis: Ecce ipſe eſt. Qui emittit eloquium
ſuum terre. id eſt verbum aſſumpta car-
ne. terre. vt in terra cognoſcatur. Aliter
enim non leuaremur ad adipem frumē-
ti ſatiantem. niſi mitteret verbum terre.
qua grauamur. et impedimur. ad redi-
tum. In terra enim vbi laboramus. feſſi.
languidi. pigri. frigidi. ſcilicet in here-
mo non deſerit. ſed manna pluit. Quia
emittit eloquium. et velociter currit ſer-
mo eius. q̄ ſm̄o chriſti. l' chriſt⁹. cito i-
impleuit mundum. cognitione verita-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tis. Vel ſm aliam litteram. vſqꝫ in velo
citatem currit ſermo eius. vel verbū ei⁹
quo electius vel expreſſius dici nō po-
tuit. Non ait velox verbum. velox enim
fit aliquid velocitate. qua plus vel mi-
nus participat. ſicut participatione ca-
loris. aliquid dicitur calidum. et parti-
patione frigoris frigidum. Eſt autem a-
liquid alio magis. vel minus velox. vel
calidum: quāto ſcilicet velocitate vl' ca-
lore: magis vl' minus participat. Sicut
calore quo calent cetera. nihil eſt calidi⁹
ita velocitate. qua cetera dicuntur velo
cia: nihil ē veloci⁹. Sicut ergo d̄ aliquo
diceretur. calet vſqꝫ in calorem. i. adeo
calet. ꝙ ipſe calor poteſt dici. ſic de ver-
bo dicitur. cucurrit vſqꝫ in velocitatēꝫ
. i. adeo vt ſit ipſa velocitas. Qd̄ tamen
per quandam ſimilitudinem dicit̄. Qd̄
enim velox eſt. ſicut equus. vel angelus
vel ventus alicubi eſt: non vbiqꝫ. Velo-
citas autem ipſa vbiqꝫ eſt. non eſt in par
te nuſqꝫ artatur: que modo non eſt in e-
quis. vel in ventis. ſed in alijs infinitis.
et in eiſdem temporis punctis. vbiqꝫ ter
rarum diffunditur. Hoc autem perti
net ad verbum dei ſcilicet non eſſe in p-
te. ſed vbiqꝫ eſſe per ſeipſum. Hec eſt ſa-
pientia dei. que ſicut in libro ſapiētie le
gitur. Attingit a fine vſqꝫ ad finem forti
ter. non tamen motu locali. ſed immobi
litate. tanqꝫ ſi moles aliqua ſaxea imple
at locum aliquēꝫ. dicitur ꝙ attingit a fi-
ne eiuſdem loci. vſqꝫ ad finem. cuꝫ tamē
alterum non deſerat. alterum occupan-
do. Non habet ergo motum illud ver-
bum. et ſapientia illa ſolida eſt. et vbiqꝫ
eſt. Sed et de ſapientie ſpiritu: dicitur ī
libro ſapientie. Actus mobilis. certus.
incoinquinatus. Sed hoc facit ipſa ve-
locitas: qd̄ ſapientia. Dicitur actus mo
bilis. non vt hoc deſerat. illud tangat: ſꝫ
vt vbiqꝫ ſemper ſit. et nuſqꝫ incluſa tene
atur. Sed quiſ ſufficit iſta cogitare? Vti
qꝫ nll'us. Eſt tn̄ ſpes ad capiēdum vbuꝫ
qꝛ predeſtiauit nos deus. et hoc ē qd̄ ait

**Qui dat niuē ſicut lanā: ne-
bulā ſicut cinerem ſpargit.**

Qui dat niuem ſicut lanam. Hic di-
cit: que preſtet aduentus chriſti. Si-
cut enim nix ſurſum gelat. et in ima de-
cidit. ſic refrigeſcente charitate. decidit
humana natura in terras. et pigro cor-
pore inuoluta vt nix facta eſt. Sed ī hac
niue: ſunt predeſtinati. qui ſunt velut la
na. de quibus ſcilicet aliquid factur⁹ eſt
Lana enim eſt materia veſtis. et de his.
ſpiritu adhuc frigidis. qui predeſtinati
ſunt. fit tunica chriſti ſine macula et ru-
ga. Unde merito veſtis chriſti in monte
refulſit. ſicut nix. quia de hac niue fit ve
ſtis chriſti. et eſt. Qui dat niuēꝫ. id ē ꝯ-
gelatos. ſicut lanam. que eſt materia ve-
ſtis. id eſt de congelatis et fridigiſ. quos
predeſtinauit. facit veſtē chriſti ſine ma-
cula et ruga. Sed predeſtinati. vocan-
di ſunt ad penitentiam. ſecundum illud
quos predeſtinauit. hos et vocauit. Nō
autem venit vocare iuſtos. ſed peccato-
res. id eſt peccata. et inſcitiam ſuam con
fitentes. et hos impenitentes. dum vo-
cat ad penitentiam. nebulam ſicut cine-
rem ſpargit. Cinis ad humilitatē. et pe-
nitentiam pertinet. quia cinis et ciliciuꝫ
ſunt arma penitentiuꝫ. Nebula vero ca
liginem peccati. et ignorantiam notat.
Et dum vocatur quis ad intelligenduꝫ
deū. et dicit̄ illi cape veritatem. Incipit
velle cape v̄itatē. ⁊ ñ ſuffic̄. ſꝫ patit̄ cali-
ginē. Adhuc ergo ē illi nebula. vt ſciat
ſe neſcire. ⁊ ñ poſſe cape. qd̄ oportꝫ eū ſci
re. Sꝫ ſi ñ pōt penetrare v̄itatī archanū
pēiteat pcc̄oꝝ ſuoꝝ. q̄b⁹ ī hāc difficltatē
viuēdi vēit. ⁊ ita erit ei ſalubris nebula.
quā ſpargit de⁹. vt cinerē. i. tollit ꝑ hūi-
litatē pnīe. q̄ ſignificat̄ ꝑ cinerē. vt et a-
braā dic̄ deo. Cinis ſū. hec ꝯfeſſio ē hūili
tas pēitētī. Ergo ne. q̄ ē p caligine pcc̄i.
ſpar. ſi. ci. i. tollit ꝑ hūilitatē ⁊ pniaꝫ ad
quā vocat. ⁊ q̄ predeſtiauit ⁊ ad pniaꝫ

**Mittit criſtallū ſuā ſic̄ vocauit
buccellas: an̄ faciē frigoris ei⁹
q̄s ſuſtiebit.**

Mittit criſtallum ſuam. vel ſuum ſi-
cut buccellas vel fruſta panis. Criſtal-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

lum dicit:obſtinatos.de quibus tñ et a/
lios paſcit.et eſt ſenſus.criſtallum.ſ.ob-
ſtinatos. quos quidem predeſtinauit.
qui non facile vt nix ſoluunt̃. mittit vt
buccellas.vel fruſtra panis.i.tł'es facit
vt paſcant alios v̇bo dei.et predicēt ve
ritatē.quā impugnabant.quibus ſūt q̄i
panis. Unde dicit apl'us. Multi vn⁹ pa
nis ſumus in chriſto.oēs ergo vnus pa
nis ſunt.ſinguli vero fruſta ſunt. talis
fuit paulus. Ipſe nanq₃ fuit criſtallus.i.
durus et nitidus. Durus:quia perſecu
tus eſt eccleſiā dei.obnitēs veritati.cla/
mans aduerſus euangeliū. Nitidus fuit
quia in lege peritus.qui tñ poſtea fcūs
panis:veritatē docuit.ſoluta niue.nebu
la criſtallo. Sequit̃ ante faciem. Hic ex
aggerat periculū.vt maior gratia ſit li-
berationi.q̄i quidā ſunt nix.nebula et
criſtallus. Hec autē deus ſoluit.ſed ni
ſi ſoluat.quis ſuſtinebit:vel ſb̄ſiſtet.an/
te faciē fri.i.vicioꝝ et obſtinatiōis. Fri/
goris dico ei⁹.ſ.dei.frigus dicit̃ eē ei⁹.
non q̄ faciat illō.ſed quia fieri ſinit.ſ.
quia deſerit peccatorē.et non vocat.nō
aperit ſenſū.non infundit gratiā. Niſi er
go ſoluat.quis ſuſtinebit:nullus.et q̇s
alius ſoluet niſi ipſe:nullus.de hoc fri-
gore:dicit apoſtolus. Uideo aliam legē
in membris meis repugnantem legi mē/
tis mee.et captiuātem me in lege pecca-
ti et mortis.et quis me liberabit de cor-
pore mortis huius: Acſi diceret. Frige-
ſco.miſer ſum.nullus ſoluit ab hui⁹ fri-
goris miſeria.niſi gratia dei. Unde et
hic ſb̄dit.

**Emittit uerbum ſuum ⁊ liquē
faciet ea:flabit ſpiritus eius et
fluent aque.**

Emittit verbum ſuum. Q.d.⁊ ſi nullus
poſſit per ſe ſb̄ſiſtere ante faciem frigoris
non tamen eſt deſperandum.quia emit
tit deus verbum ſuum carne aſſumpta.
et liquefaciet ea.ſcilicet niuem.nebulā
criſtallum. Uerbo nanq₃ dei veniente
nec frigus nec obſcuritas.nec duricia de
ſpare pōt. Salubrit̃ eni liquefiūt.⁊ flu-
enta ſpiritualis beneficij profundunt a/
lijs. Unde ſb̄dit.et flabit ſpiritus eius
ſcilicet calidus auſter.et aque ſcilicet flu
enta doctrine ⁊ gratie. Fluent vt inde bi
bant alij. Iuxta illud. Omnes ſitientes
venite ad aquas. Ita myſtice hec predi
cta ſane accipiuntur. Ad litteram vero
manifeſta ſunt.quia ſpargit deus niuem
quaſi lanam.nebulā vt cinerem.criſtal
lum facit vt fruſta cādidi panis. Eſt aūt
criſtallus ſpecies quedam in modū vi-
tri.ſed candidus eſt.dicit̃ aūt eē nix gla
cie indurata per multos āños.vt reſol/
ui non poſſit.⁊ congrue he tres ſimilitu
dines hic notantur.que iuxta litterā ma
gna opera dei monſtrant.ſed aliud hec
innuunt myſtice intellecta.qd̄ ante pro-
ſecuti ſumus.⁊ in proſecutione hucuſq₃
proceſſimus.ſcilicet

**Qui ānūciat uerba ſua iacob
iuſticias:et iudicia ſua iſrael.**

Qui annūciat. Q.ſpūs eius flabit.ei⁹ i
q̄m.qui annun.ver.ſu.ia.i.nouo pp'lo
chriſtianoꝝ qui ſignificat̃ p iacob.et an
nunciat iuſti.et iu.ſ.i.iuſta iudicia ſua.
iſrael. Idē ſignificat̃ p iſrael et p iacob.
ſcilicet populus fideliū cui annunciat
iuſta iudicia ſua.ſ. quod non tantū in/
ſti.immo et iuſti patiuntur hic pro me-
rito iuſto iudicio dei.quod iudicium ſi
cut ait petrus incipit a domo dei in pre
ſenti.id eſt a fidelibus. Solus eni chri-
ſtus que non rapuit:ſoluit.in quo prin
ceps mundi nil inuenit.et ſi initium eſt
a nobis.quis finis erit eorum qui nō cre
dunt euangelio:et ſi iuſtus vix ſaluabi/
tur.impius et peccator vbi parebit: et
hoc iudicium dei quod ſcilicet patiun/
tur iuſti et iiuſti.pro ſuo merito.⁊ quo
modo iuſti non ſuis meritis.ſed gratia
dei liberantur. Non omni genti nuncia-
uit deus.ſed ſoli iſrael.id eſt nouo po-
pulo in quo ſunt et gentes. Unde addit

**Non fecit talit̃ oi nationi:⁊ iu/
dicia ſua non manifeſtauit eiſ**

Nō fec̄ talit̃ oi natōi.l'gēti.⁊ iu.ſ.ñ ma.
eis. Iam enim gentes que abſciſe ḋ ole

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

aſtro inſerte ſunt bone oliue·non debent
dici gentes. ſꝫ populus vnus in chriſto
Uel ad litteraꝫ per iacob et iſrael iudeos
accipit. quibus per ſeipſum chriſtus. v̓
bum ſuum annunciet. et iuſticias et iudi
cia ſua manifeſtauit. qđ non fecit alijs.
vnde addit. Non fecit taliter omni natõ
ni et iudicia ſua non manifeſtauit eis.
quia per ſe non predicauit alij nationi.
vł genti iuxta illud. Non ſum miſſus ni
ſi ad oues. que per. do. iſ. vide ordineꝫ
qui eſt in predictis. iiij. pſalmis laudũ
dei. prius cũ de preceptis diuini preco
nij egit. Secundo: de peruerſitate mũdi
fugienda. Tercio de congregatõne eccle
ſie. Quarto iam collecte in pace. laudes
imperat ꝓ ſua ſecuritate: et dilectione.
Illi autem choro de mundi partibus ag
gregato trina exultatione ſubnectit eſſe
gaudenduꝫ. iij. alios pſalmos laudis ſi
iungens: vt in hoc opere gratia trinita-
tis eluceat.

## Alleluia. aggei et zacharye.

Alleluia. Aggei: et zacharye. ag
geus et zacharias qui in babylo
nia captiuitate predixerunt libe
rationem terrene. hieruſalem. multũ eos
erigunt ad futuram liberationem. ſpiri-
tualis hieruſaleꝫ. quã ſub illa actuali in
tellexerunt. et pro ea dominum ſpiritua
liter laudauerũt. vt nos exemplo eorum
Quaſi contempta huius noſtre peregri
natõis babylonie ſecure premeditemur
hic laudem. quã in eternũ ſoluemus. vn
de et hic propheta. per paucorum com
memorationem. vniuerſaꝫ creaturã hor
tatur laudare deum. Omia enim laudãt
deum. vel in ſe vel in alijs. Sunt enim
quedam que habent ſpiritum laudandi
deum. et laudant in illo affectu quo illis
placet deus. Quedam vero non habent
intellectum. Sed quia ⁊ ipſa bona fiunt
in ordine ſuo: et ad pulchritudinem vni
uerſitatis referuntur. Per ſe quidem nõ
laudant. ſed ab ipſis. per attendentes ea
laudatur deus. et ita quodãmodo lau-
dant. quia de illis naſcitur in nobis lauſ
dei. ad quam hic monet nos ꝓpheta pro

ſpirituali liberatione quã predicti pro-
phete in myſterio: futuram ſignificaue-
runt. Ideoqꝫ titulus continet nomina e-
orum. et eſt ſenſus. hic eſt alleluia. id eſt
laus dei. aggei. et zacha. i. pro futura li
beratione. pro qua predicti ꝓphete lau
dauerunt. Intentione: monet ad lau-
dem. Modus: Bipertitus eſt pſalmus.
Primo celeſtia hortatur ad laudes. Se
cundo terreſtria. ibi. Laudate dominuꝫ
de terra. Et cõgrue primum de celis lau
datur deus. poſtea de terra. Ipſe eſt qui
fecit celum et terram. et in celeſtibꝰ ⁊ in t-
erreſtribus omnia continentur. Sicut er-
go aliquibus bona operantibus applau
dẽtes dicimus. facite facite. Ita prophe
ta angelis deum laudantibus aggratu-
lans ait. O vos qui eſtis.

## Laudate dominuꝫ de ce-
## lis: laudate eum in excel-
## ſis.

De celis. ſ. vos angeli. laudate dominũ.
non precipit vel ammonet angelos hoc
facere. ſed adiungit aggratulationem ſu
am eis hoc facientibus. quia placet ſibi
qđ faciũt. ⁊ leuato corde cũ illis eſt ſpe.
et repetit. o vos qui eſtis. in excelſis. lau
date eum. Deinde: quibus aggratulatio
nem ſuam faciat. exprimit.

## Laudate eum omnẽs angeli eiuſ: laudate eum omnes uirtu tes eius.

Laudate. e. o. an. e. laudate
eũ omnes virtutes eius. virtutes gene-
rale nomen eſt omniũ celeſtiuꝫ ſpirituũ
qñqꝫ tñ ꝓ vno ordine accipitur. Dum
vero mittunt angeli nominant. Seqr.

## Laudate eum ſol et luna: lau- date eum omnes ſtelle ⁊ lumẽ.

Laudate. e. ſ. Notandũ ꝙ ab inuiſibilibꝰ q̃
digniora ſunt incepit. deiñ ponit viſibi-
lia que minus ſũt digna. Sol eñ et luna
⁊ oĩa viſibilia: inuiſibilibꝰ cedũt. de q̃bus
hic incipit dicens. Laudate. eũ ſol et lu.
lau. e. o. ſtel. ⁊ lum̃. ꝑ lum̃ gñalit accipit
oĩa lum̃ hñtia. que dinumerari ñ pñt.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Laudate eum celi celorum: ⁊ aque que ſuper celos ſũt laudẽt nomen domini.**

Laudate.e.ce.cel. Pl'r dicit: quia plures ſunt celi. et aque que ſuper. ce. diuerſe ab his que ſub firmamento ſunt: laudate nomen domini. et ita faciunt. et celi. et aque. Nimia eñ laus eſt. ꝙ et tenuitas celorum firma conſiſtit. ⁊ aquas que grauiores ſunt: ſuſtinet. que: niſi iuſſe. nõ defluũt ꝑ pluuias. que: ſicut dicit̃ aptis. celi catharactis ꝑ pluuiã ad terram mittũtur. Et quaſi quis quereret. quid de eis contulit: vnde laudent: multũ. vñ ſb'dit

**Quia ipſe dixit ⁊ facta ſunt: ipſe mandauit ⁊ creata ſunt.**

Quia ipſe dixit. et facta ſunt. Ecce bis v̈bis: ſignificat verbũ per quẽ. vel qđ omnia facta ſunt. vnde. Omnia per ipſum facta ſunt. et ſine ipſo factum eſt nihil. Ipſe ergo dixit. i. verbum genuit. et per ipſum facta ſunt. Hoc dicit cõtra illos qui dicunt mundum deo coeternũ. ſeq̃r ipſe mandauit. verbo ſuo. et creata ſũt. Prius dixit facta. poſtea creata. facere eñ et nos poſſumꝰ ſed nõ creare. qđ ꝓꝑe eſt d̃ nihilo aliquid facere. Ipſe ergo ſolus creat. quod proprium deitatis eſt. Seq̃tur. Et.

**Statuit ea in eternum et in ſeculum ſeculi preceptum poſuit et non preteribit.**

Statuit ea. oia ſupiora. oia celeſtia. in eter. et in ſe. ſe. quia etſi erit celum nouũ. deo tamẽ bene ſtatuta dicuntur. que nouantur per chriſtũ. et meliorata permanẽt. et eſt hic laus a potentia. Omnipotens eñ eſt cuius opera nõ mutantur. ⁊ poſuit eis prece. i. legem. et conditionem ſ. vt laudent eũ. et nõ preteribit. q̃n fiat. laudant eñ oia. vel in ſe. vel in alijs.

**Laudate dominum de terra dracones: ⁊ omnes abyſſi.**

Laudate dñm de terra: Secunda pars enumeratis celeſtibus deſcendit hic ad t̃reſtria. Conuerſus ergo ad illa tanq̃ȝ exhortans nos vt eoꝝ ꝯſideratõne laudemus deum. que conſiderata aperiũt laudem dei. ait. o vos qui. De terra laudate dominum. ſ. draco. ⁊c̃. Dracones circa aquam verſant̃. et prodeuntes de ſpeluncis: feruntur in aere. et concitatur ꝑ eos aer. quibus nõ ſunt maiora animantia ſuper terram. vnde: ab eis cepit. ſeq̃r. et omnes abyſ. Abyſſi ſunt ꝓfunditates aquarum latentium ⁊ maria omnia. aer quoqȝ nubiloſus ad abyſſum pertinet. vbi ſunt nubes. venti. tempeſtates. pluuie chorufcationes. tonitrua. grando. nix. Et generaliter quicquid de humido et caliginoſo aere: vult deus fieri ſuper t̃ram. totum terre nomine appellauit. qꝛ nimis mutabile eſt. hec auteȝ omnia. ⁊ſi mutabilia et turbata ſint: habent tamen locum et ordinem ſuũ. et pro modo ſuo implent decoreȝ vniuerſitatis. et ſic: laudant deum. Ipſa ergo. id eſt nos conſiderationе eorum hortatur laudare ſb'dens

**Ignis. grando. nix. glacies ſpiritus procellarum: que faciunt uerbum eius.**

Ignis. grando. nix. glacies. ſpiritus procellarum. laudent nomen domini. que omnia. etſi perturbata videantur. quibuſdam ſtultis. et caſibus agitari. tamen faciunt verbum eius. Hoc ideo dicit. quia viſum fuit quibuſdam ꝙ deus ſuperiora regeret / ſed hec inferiora deſpiceret. et a caſibus regerẽtur. ſed et hec agit deus. et in his. id eſt in minimis laudatur. et alleluia cantatur. Sequitur.

**Montes et omnes colles ligna fructifera ⁊ omnes cedri.**

Montes et omnes colles. ligna fructifera ⁊ omnes cedri.

**Beſtie et uniuerſa peccora: ſerpentes ⁊ uolucres pennate.**

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Beſtie. maiores. et vniuerſa peccora. minores. ſerpentes. et volucres pennate. Deinde ad homines venit dicens.

**Reges terre ⁊ omnes populi: principes et oēs iudices terre.**

Reges terre. ⁊ omnes populi: principes et omnes iudices terre.

**Iuuenes ⁊ uirgines ſeneſ cum iunioribus laudent nomē domini: quia exaltatum eſt nomē eius ſolius.**

Iuuenes et virgines ſenes cum iunioribus. ſcilicet homines de omni ſexu. et de omni etate. laudent nomen domini. Et quare? ſupponit laudans a magnificentia ideo. ſcilicet. quia exaltatum eſt no. e. ſolius. Nemo enim exaltatur niſi ſub eo. Sequitur.

**Confeſſio eius ſuper celum et terram: et exaltauit cornu populi ſui.**

Confeſſio. ⁊c. Supra dixit prius de celo poſtea de terra. hic de omnibus ſimul. ⁊ accipit per celum: omnia ſuperiora. per terrā omnia inferiora. ⁊ eſt. Confeſſio eiꝰ ſuper celum et terram. i. illum omnia confitent. vel in ſe. vel in alijs. pulchritudo omniū: vox eſt confitentiū in attendētibꝰ ea i. attendētes laudēt eū. et de terrenis. et de celeſtibꝰ quo ñ eſt aliquid melius. Quicquid eñ fecit: infra illum eſt. et quicqd i bis placet: minus eſt q̃z ipſe. Si ergo amas viſibile qḋ fecit: multomagis inuiſibilem. qui fecit. Per viſibilia intelligun tur eius inuiſibilia. Vel Confeſſio eius. eſt ſuper celū. et terrā. i. maior ē laus eiꝰ ex ſeipſo. quā ex creaturis. Quia magis laudādus eſt propter ſe. q̃z propter creaturas. Sequitur. et exaltauit. vel exaltabit. Quaſi dico vt laudent. quia exaltatum eſt nomen eius. et etiam ideo: quia exaltauit. vel exaltabit. cornu. i. poteſtatem. et dignitatem populi ſui. Ecce quid prophetabant. aggeꝰ. et zacharias in captiuitate. ſcilicet exaltationez populi tui. Modo et humile eſt. in tribulationibus cornu populi ſui. ſed cum venerit dominus: exaltabitur. Sequitur.

**Hymnuſ omnibꝰ ſanctis eius filiis iſrael populo appropinquanti ſibi.**

Hymnus omnibus ſanctis eius. Quaſi dico exaltabit cornu. vñ: modo ſit: hymnus. omnibus ſanctis eius. Quibus in fine erit hymnus perpetuus. vnde in ſecula ſeculorum laudabunt te. Hymnus autem tria habet. Canticum. laudem. et dei. i. hymnus eſt laus dei cum cantico. Hunc ergo modo dicant ſancti: in fine eternum hymnum accepturi. Et qui ſunt ſancti? Quibus debz eſſe hymnus? filijs iſrael. ſ. fit hymnus Qui ſunt filij iſrael? Qui appropinquant deo. et hoc eſt. populo. ſ. appropinquanti ſibi. non carne ſed fide ſit hymnus.

·CXLIX·

## Alleluia

Alleluia. poſt omnes creaturas quas in precedenti pſalmo monuit laudare deū eo q̄ ab ipſo create ſunt. hic proprius et ſpecialius iſrael inuitat ad nouuz canticū: pro nouitate ſibi facta. que ē mirabilior dei operatio: hec eſt ſanctificatio iſrael. per quā de veteri factus eſt nouus. ¶ Intentione: monet ad laudem. Modꝰ Bipertitus eſt pſalmus. Primo: multis modis monet laudare regem. qui eis beniuolus. ⁊ beneficus eſt. Secundo: agit de gaudijs ſanctorum: et poteſtate. ibi. Exultabunt. exhortans itaqz fideles ad nouum canticum ait.

**Cantate domio canticuz nouuz laus eius in eccleſia ſanctorum.**

Cantate domino canticum nouum. de myſterio redemptōis de ꝑmiſſiōe eternitatis. q̄ vult cantare hoc cāticū diligat eterna vt fiat nouꝰ. vetꝰ eñ hō vetus can

ticū cantat de terrenis· nouus homo nouum cantat de ſpiritualibus. Canticum ſ. pacis canticum charitatis: et iocunditatis. Quiſquis em̄ ſequitur veterē animoſitatem. nō nouam charitatem. nouū canticum nō cantat. Deinde determinat vbi et a quibus debeat cantari hoc canticum dicens. laus eius eſt in eccl'ia ſcōꝝ. Hec ei laus ñ vbicunq₃. vl' a quibuſcunq₃ cantanda eſt. ſed in eccl'ia catholica. ⁊ a ſanctis qui ſunt iſrael. vnde ſbdit

**Letetur iſrael in eo qui fec̄ eū: et filie ſyon exultēt in rege ſuo.**

Letetur iſrael. ſpe. licet hic multa patiatur. letetur dico. in eo qui fecit eum. etiā ſeculo vt ſit iſrael. et filie. vel filij ſyon. Idem ſunt iſrael et filie ſyon. exultent in rege ſuo i. in chriſto. qui eſt rex: et ſacerdos. vt rex em̄ pugnauit pro nobis de cruce diabolum vincens. vt ſacerdos ſe pro nobis obtulit. nihil inueniēs in hominibus qđ pro eis offerret. Et.

**Laudent nomen eius in choro: i tympano ⁊ pſalterio pſallant ei.**

Laudent nomen eius. Qualiter? in choro. i. concordia moꝝ. in tym. i. mortificatōne carnis. et pſalterio. i. ſpirituali operatione. pſal. ei. Et quare pſallant? ſbdit.

**Quia bn̄placitū ē dn̄o i populo ſuo: ⁊ exaltauit mā ſuetos in ſalutem.**

Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo. In prima conditione rerum legimus omnia placuiſſe deo. ſed poſt: mutatis qualitatibus et penitere. et gaudere. vnde: penitet me feciſſe hominem. Et alibi. Gaudebo ſuper vno peccātore. peniten. agen. Secundum hoc: dicit hic. Beneplacitum eſt domino in populo ſuo. ſ. cū peccata dimittit. ¶ Vel de futuro poteſt accipi: ab illo loco. Laus eius in eccleſia ſanctorum. id eſt in futura hieruſalē. Et ibi. Letetur iſrael in eo qui fecit eum. et filie ſyon exultent. in quo? in rege ſuo. id eſt in chriſto. quem tunc videbunt facie ad faciem. et Laudent nomen eius in choro. id eſt in vnitate charitatis. quia iam tunc: nulla erit diſperſio. ſ₃ chariſſima vnitas. et in tympano: ⁊ pſalterio pſallam ei. id eſt ð hoc. quod tympanum et pſalterium fuit eis hic. Tunc enim exultatio erit ſanctis. de tympano. et pſalterio. non ipſi actus. ⁊ ideo pſallant. Quia beneplacitum eſt ibi. domino in populo ſuo. quod tunc apparebit. cum parem angelis faciet. vnde addit. ⁊ exaltauit. vel exaltabit manſuetos in ſalutem eternam.

**Exultabūt ſcī in gloria letabūtur in cubilibus ſuis.**

Exultabunt. Secunda pars vbi agit de gaudijs ſanctorum et poteſtate. legitur hec series prius de preſenti. vſq₃ ad finē pſalmi. Ꝟ. in futuro exaltabit mā ſuetos et pro eo. Exultabunt hic ſcī in gloria. gloria ē bonoꝝ actuū frequens laudatio de qua iuſti letabuntur. vbi? non extra i popl'ari. fauore. ſed in cubilibus ſuis. id eſt in conſcientia. ideo: quia habent tam bonum dominum. qui dat peccātibus gratiam. immeritis vitam eternam. fatuus extra in fabulis hominū letāt. Sanctis vero hic modus gaudij eſt. vt ad illum referant bona: qui dedit. Sequitur

**Exultatōnes dei in gutture eorum et gladij ancipites in manibus eorum.**

Exultationes dei. non ſui erunt. in gutture. vl' faucibus eorum. id eſt in lingua. Sic enim letantur in cubilibus et faucibus. id eſt in corde. et lingua vt non ſibi tribuant. ꝙ bōi ſunt. ſ₃ deo. a quo accepeſt. qđ ſunt. et ſperant id quod nondū ſunt: Sequitur. et gladij. vel framee: ancipites. vel biſacuti. vel tē. id eſt ſermo chriſti. qui acutus eſt veteri et nouo teſtamento erunt in manibus. id eſt in poteſtate eorum. vt dicant vbi velint. ⁊ cui velint. Ad quid?

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

## Ad faciendam uindictaz in nationibus: increpationes in populis.

Ad faciendam vindictam in nationibus id eſt ad hoc. vt occidant illos peccatores: illo gladio biſacuto. vt ſic viuificentur ſecumdum illud. ego occidam et viuere faciam. et ne putares ſanguinem fundi exponendo determinat. i. ad faciendas increpationes. vel obiurgationes. in populis. Et.

## Ad alligandos reges eorūz in compedibus ⁊ nobiles eorum in manicis ferreis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus. id eſt in preceptis dei. ⁊ Ad alligandos nobiles. eorum. in manicis vel vinculis. ferreis. id eſt dei mandatis. que dicuntur. vincula ferrea. quia dura ſunt. ⁊ inſolubilia. vt eſt illud: quod deus coniunxit: homo non ſeparet. Et item. Alligatus es vxori. noli querere ſolutionem. His vinculis: ligantur gentium reges: et nobiles ſeculi. ab infirmis. et contemptibilibus huius mundi. quos elegit dominus. vt fortia queq; confunderet. ipſosq; impleuit ſpirituſancto. ⁊ dedit eis frameas. biſacutas. vt ad chriſti timorez nobilium corda conuerterent. ⁊ ſeculari nobilitate contenta: paupertatem eligerent. et nobilitatem in chriſto voluit eſſe. prodeſſe imperatori de piſcatore. non piſcatori de imperatore. Per hos ergo ligauit reges et nobiles: in vinculis ferreis ne progrederentur ad illicita. et hoc eſt iudicium quod faciunt ſancti per omnes gentes. vnde ſubdit.

## Ut faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hec eſt omnibus ſanctis eius.

Ut faciant i eis iudicium. Quaſi ad hoc habent gladios in manibus. Ut faciant in eis iudicium conſcriptum. id eſt a patribus ſancitum. Iſta enim ante ſcripta ſunt: et modo complentur. legebantur enim aliquando nec fiebant. modo fiunt et concludunt ita. gloria hec eſt omnibus ſanctis eius. ita. ſcilicz vt dictum eſt ſcilicz per omnes gentes. Per totum mūdum: hoc agunt ſancti. ſic gloriantur. ſic exultant in faucibus. ſic letantur in cubilibus. ſic exultabunt in gloria. ſic cantāt canticū nouū. ſic dicunt alleluia. corde ore. vita. Uel ita. Hec eſt gloria. Quaſi ita. et ita faciunt ſancti. et gloria hec eſt omnibus ſanctis eius. id eſt ita conſequūtur eternam gloriam.

¶ Uel ita ab illo loco. Exultabunt. et accipitur totum de futuro. et predicatur virtus dei et potentia in gloria ſanctorum. Quaſi exultabit manſuetos. ⁊ tunc ſci exultant in gloria. id eſt in vindicta maloꝝ. vindicta ei peccantiū gl'a ē ſcoꝝ. Et letabuntur in cubilibus ſuis. id eſt in diuerſis manſionibus de quibus dominus ait. In domo patris mei. manſiōes multi ſunt. et tunc erūt. Exultationes di in gutture coꝝ. quia in corde et in lingua non deſinunt laudare deum: a quo eterna habent. et gladij ancipites. id eſt verbum dei. vel ſententia iudicij de bonis et malis. erunt. in manibus. id eſt in poteſtate eorum. Tunc enim poteſtatez verbi dei accipientes cum domino. iudicabunt. ſedentes ſuper duodecim ſedes. ⁊ tunc vere fiet vindicta. ⁊ increpatio in populis. vnde: ſubdit. Ad faciēdam. ⁊c. Quaſi gladios habent in manibus. Ad faciendam uindictam in nationibus. et increpationes in populis. Ecce quanta gloria et gaudium ſanctorum tunc erit. quando pauperes qui hic erant deriſui: habebunt poteſtatem vin-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

dicare in ſuꝑbos. ſeqr. Ad alligādos re-
ges. e. i co. et no. e. in. ma. fer. Quia tūc
reges terre. et nobiles ſeculi ligabunť in
compedibus de quibus ñ erit libeꝝ exi-
re. ferentqꝫ vincula ferrea. ut grauia ad
portandū. et que non poſſunt rumpi. ſ.
tormēta gehenne. et ſic fiet iudiciū ꝯſcrip
tū. vñ ſbdit. Ut faciant. q. ad hoc hēbūt
gladios. vt faciant in eis iudici. ꝯſcrip.
i. ꝯprobatū ab angelis. et vniuerſis ſcis
vel in pluribus locis ſcripture memora
tū. de quo apl's ait. Neſcitis quia ange-
los iudicabimus. et ne putes hanc pote
ſtatem eſſe ſolis apl'is addit. et gl'a hec. ſ.
poteſtas iudicij. eſt oībus ſa. eius. ſ. oībꝰ
ꝑfectis q̄. ꝓ chriſto oīa terrena reliquerīt

## Alleluia.

Alleluia. Pſalmꝰ iſte ē tercius e-
orū qui ſunt ſine diuiſiōe. Atho
mus enī eſt hic pſalmus in quo
intenditur vt laudetur deus. quia con-
gregauit ſanctos. et depoſita fragilitate
ſue imagini reſtituit. et iam conformes
glorie ſue in beatitudine locauit. vbi
eſt omnis abundantia. Hic ergo agitur
de laude dei. in ſanctis eius. qui glorifi-
cati ſine fine laudabunt. Monetur enī
ciuitas dei. ſ. vnitas ſanctoꝝ omnium.
ore et animo cantare. In hoc culmen di-
uine laudis omnis pſalmodia ꝑducitur
que laus hic nuptiali dulcedine decan-
tatur. Quibus ergo propheta. ipſe
in principio libri huius recte ꝯuerſatio
nis formam oſtendit. iam in illa celeſti
hieruſalem receptis. dicit in eis laudan-
dū eſſe deū qꝛ oīa eis dedit. ſic incipiens

**Laudate dn̄m in ſanctis eius: laudate eum in fir mamento uirtutis eius.**

Laudate do. in ſa. e. i. ꝓ his que ſanctis
ſuis dedit. lauda. eū in firmamento vir.
eius. i. pro eo quia morte ſua diabolū
vicit. et credentes ad celū ꝑduxit. Et.

**Laudate eum in uirtutibus: eius laudate eum ſecundū mul titudinē magnitudinis eius.**

Laudate eū in. v. l' in potentatibꝰ. e. ſ. qꝛ
oīa ſunt ſubiecta ſub pedibus eius. cui fle
ctitur omne genu celeſtiū. terreſtriū. et i
fer. ſicut apl's ait. et lau. e. ſ. mul. ma. eiꝰ
Sed quō hoc fieri poteſt. cū eius mag-
nitudinis non eſt finis. ſed ſpūalibus et
ſanctis dicitur hoc qui ſine fine laudant
et cum nō ſit finis eius magnitudis. ſm
eaꝫ laudatur deus: cū ſine fine laudatur
⁊ eſt. lau. e. ſe. mľ. ma. e. i. ſine fine. Sicut
ñ eſt finis magnitudinis eius. Quō aūt
laudari debeat ꝑ ſilitudines myſticas vſ
qꝫ ad finem pſalmi. dicit ſubdens.

**Laudate eū i ſono tube: lauda te eū in pſalterio ⁊ cythara.**

Laudata eum in ſono tube. Q. tuba cō
crepat regi. pſalterium canat deo. Cytha
ra cum reliquis inſtrumentis canat pſal-
mo. Tuba enim terribilis. vel in bello
ſumitur. vel in aduentibus regum appa
ratur. Pſalterium in laudibus dei ſo-
nat. et a ſummo reddit ſonum. Cytha-
ra ſponſo cantat. et ab imo ſonat. Hec
omnia humanis actibus compata. i. con
ſiderata. iuxta vſum humanorum actuū
figuraliter ibi dicuntur: laudes dei per-
ſonare. In tuba enim rex eſſe ſignificatur
in pſalterio deus. In cythara ſponſus:
et eſt ſenſus. Laudate eum in ſono tube.
i. laudate eum vt regem. et quia vos in
bello diaboli vincere fecit. et laudate eū
in pſalterio. i. vt deum. et quia vos fecit
ſummos. ⁊ laudate eū in cyth. . i. vt ſpon
ſum. et quia vos ab imis liberauit. ſeqr.

**Laudate eum in tympano et choro: laudate eum in cordiſ ⁊ organo.**

Laudate. e. i. tym. et cho. i. in
carne mutata et vocum concordiūqꝫ ꝯ
cordia. Tympanum enim fit de corio
extenſo in ligno. Chorus vero eſt temꝑ
ata vocum humanarum collectio. Seq
tur. lauda. eū in cordis et organo. Cor
das ponit pro omni inſtrumēto muſico
quod cordarum tenſione ſonat. Orga-
nū eſt quaſi turris. fiſtulis diuerſis fabri
cata flatu follium ſonans. et vt hec om-
nia de omnibus acciperes. ad os homi-
nis: venit. et exponēs quid ſit laudare in
cordis et organo. Subdit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

**Laudate eum in cymbaliſ bñ ſonantibus: laudate eũ in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet dominum.**

Lauda eum in cymbalis beneſonãtibus.
Cymbala beneſonantia labia noſtra: ſũt
que cordi concinna in laudibus dĩ bene
ſonant. in quibus eſt ſimilitudo cymba-
lorum. et armoniam reddunt. et ideo: be
ne inter inſtrumenta muſica ſunt. Ad lit
teram. Cymbala bene tinniẽtia ſunt. ⁊ ꝑ
mixtis metallis. paruiſſime viale. que a-
cutum ſonum reddunt. et armoniam fa-
ciunt. ⁊ ne putes eſſe cymbala iſta ſine a
nima: addit. laudate eum in cym. iubi.
i. in labijs iubilum intus conceptum ex-
tra monſtrantibus. Et quia omnia ſpũa
liter intelligi vult: apto fine concludit.
omis ſpũs. ſ. angelicus. ⁊ humanus: lau
det do. nõ caro et ſanguis. que nõ poſſi
debunt regnum dei. nõ ambitus ſeculi.
ſ; qđ eſt in natura rex. ſblimius: ad lau-
dem monet. qđ. ſ. celeſtia ſapit. eterna ca
pit. ſ. ſpũs. Breuis et perfecta ſcia de mo
do diuine laudis in hoc pſalmo docetur
ſ. vt deũ ſpũaliter omnia laudẽt. In his
totius muſice perfectio ẽ. Eſt ei flatus in
tuba. pulſus ĩ cythara ⁊ ĩ cymbalis. vox
eſt in choro. Quibus muſicis inſtrumẽ-
tis ſignificat: ſpũal armonia. que ñ auri
bus ſed pura mente aduertit. ¶ Uel ita
ab illo loco. Laudate eum in fir. vir. e. i.
quia ſanctos firmauit ſua virtute. ita vt
amplius non moriant. Uirtus eius eſt ĩ
hoc firmamẽto. Eſt ei v̾tutis magne. ꝙ ſci
iam non morientur. ⁊ mors eis vltra nõ
dominabitur. Sequit. et Laudate. e. in
virtu. vel. in potentatibus eius. i. ꝓ po
tentatu. quem ſanctis ſuis contulit. Po
tentatus eñ dei quẽ fecit in eis dicitur.
ꝙ regnãt cum illo in eternum. et ipſi ſci
ſunt multitudo magnitudinis eius. vñ:
ſbdit. Laudate eum ſm multi. magni. e.
i. ſanctos. i. quia eos magnos fec. et tã
mltos. ſ. milia miliũ. vñ milia miliũ mi-
ſtrabãt ei. ⁊ decieſcẽtena milia: aſſiſtebãt
ei. Ideẽ ipſi ſci ſũt ĩ oĩbus muſicis inſtru
mentis ſignificati. que ponit pro ſignifi-
cantia diuine laudis. i. vt ſignificet ea ꝓ
quibus laudare debent. quõ et a tuba in
cipit dicens. Laudate eũ in ſono tube. i.
ꝓpter excellentiſſimã laudis claritatẽ:
que in nobis eſt. et Laudate eum in pſal
terio et cythara. i. de celeſtibus et terre-
ſtribus tanq̃ eum qui fecit celũ et terrã.
Pſalteriũ eñ a ſuperiori ſonat. vt dictũ
eſt. Cythara: ab inferiori. Ideo per pſal-
teriũ celeſtia. per cythatrã: terreſtria ſig-
ficantur. Sequitur. Laudate eũ in tym.
i. in carne mutata. q̃ eſt ſine oĩ corrupti
one. Tympanũ enim fit de coreo ſiccato
et firmato. ſequitur. et choro. i. in paca
ta ſocietate. et laudate eũ in corde. i. in
carne iam a corruptõne libera. quam an
te per tynpanum ſignificauerat. et orga-
no. i. in concordi diuerſitate. Organum
eſt generale nomen omnium muſicorum
vaſor. licet vſu dicatur organum: qđ in
flatis follibus ſonat. Corde vero ſunt ca
ro iam ab omni corruptione libera. qui
bꝰ addit organũ. ñ vt ſingli ꝑ ſe ſonẽt. ſ;
vt diuerſitate concordiſſima conſonent.
ſicut fit in organo. Habebunt enim tunc
ſancti differentias ſuas conſonantes. nõ
diſſonantes. i. conſentientes. ſicut et di-
uerſis vocibus. ſed non adverſis fit can
tus ſuauis. Sequitur. Laudate eum in
cymbulis beneſonantibus. Cymbala in
uicem ſe tangunt. vt ſonent. ideo labijs
noſtris a quibuſdam comparantur. S;
melius in cymbalis intelligi puto illos.
qui inuicem ſe honorantes: dant laudes
deo. et eſt. Laudate eum. in cymbalis be-
neſonantibus. i. in his qui ſeinuicez mo
nentes. et honorantes: laudent deum. et
delectant. Et notandum. quia tria ſunt
genera ſonorun. quorum nulluz hic pre
termittit. fit ei ſonꝰ voce per chor. flatu
vt ꝑ tibias pulſu. vt ꝑ cytharã. Hec oĩa
ad hymnos nuptiales ꝑtinent. ſ; ꝑ ſimi-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

litudies. ñ ꝑpetates referunt ad dei lau
dem in ſcis eius. Jõq3 ne putes cymbala
ſñ aia. hic intelligi. addit. lau. e. in cym.
iu. ¶ Eſt eñ iubilatio. ineffabilis laus dei
que ñ niſi ab aia ꝑficiſcit. vnd̃ bñ addit.
ois ſpũs lau. do. qui ñ niſi ſpũaliter lau
dandus eſt. ¶ ⸿ Sciendũ quia pſalmus
iſte centeſimuſquinq̃geſimus eſt. hũc eñ
libꝝ. dauid. ꝯpoſuit in numero. c l. pſal
moꝝ. per hoc magnũ nobis ꝯmendãs ſa
cramentũ. qd̃ patebit. ſi q̃ndenarij ñ ig
noret myſteriũ. ¶ Quod eñ valet. xv. in
ordine ſingulorũ. i. vnitatum. hoc. c. l.
in ordine denariorũ. et mille q̃ngenti in
ordine centenarioꝝ. et xv. milia in ordĩe
millenarioꝝ. Quia ſicut q̃ndenarius ex
xv. vnitatibus ſuccreſcit. ſic. c l. ex quin
decim denarijs. et mille q̃ngenti. ex. xv.
centenarijs. ⁊ xv. milia ex. xv. millena
rijs. Jõq3 qd̃ ſignificat ꝑ. xv. hoc idem ꝑ
c. l. et per alios duos numeros ſignifica
tur. Cognito ergo ſacramẽto quindena
rij. reliquoꝝ non latebit myſteriũ. ¶ Qui
decim itaq3 ſignificat. duoꝝ teſtamento
rum concordiam. Conſtat eñ ex ſeptena
rio et octonario. Septenarius aũt ſigni
ficat vetus. t. quia in veteri. t. obſeruaba
tur ſabbatum. qui eſt dies. vij. et. vij.
ſeptimana. et ſeptimus menſis. ⁊. vij. an
nus. et vij ann⁹. vij. decadis. qui iubile⁹
dicitur. ¶ Octonarius vero ad nouũ. t.
refertur. quia ĩ nouo. t. dominicus dies
obſeruatur. qui eſt. viij. poſt. vij. idẽ eſt
et primus poſt ſabbatum. et primus in
prima rerũ conditione. ¶ Secundũ hoc
myſterium eſt nuuerus pſalmoꝝ. Jdeo
eñ. c l. ſunt. qui numerus eodem anno
tatur myſterio. quo quindenarius. vt o
ſtendatur huius libri doctrina vtiq3 cõ
ſonare teſtamento. Ecce quare hoc nume
ro pſalmi conſcripti ſunt. Nunc anim
aduertendum. quare per quinq̃genas. ⁊
ꝑ tres. hoc opus diſtinguatur. Jdeoq3
per quinq̃genarium diſtinguitur. quia
hic numerus magnis ac diuerſis annota
tus eſt ſacramentis ¶ Conſtat enim hic nu
merus. ſ. quinquaginta d̃ ſeptimana ſep
timanarũ. i. de ſeptẽ ſeptenarijs addito

vno tanq̃3 ipſo octauo. ad determinan
dum quinquagenarium. ¶ Per ſeptenari
um vero. ſeptiformis ſpiritus figuratur
et per ipſum quoq3 quinquagenarium ¶
quia tot diebus completis. poſt reſurre
ctionem venit ſpiritusſanctus. ſuper cõ
gregatos in chriſto. qui ſpũs ſeptenario
numero. precipue in ſcripturis ꝯmenda
tur. hoc ergo numero diſtincti ſunt pſal
mi. vt ſignificet nos ſeptiformis grẽ ſpi
ritusſancti fieri participes: ſi doctrinam
pſalmorum cuſtodiamus. Jõ etiam hoc
numero fit pſalmoꝝ diſtinctio ¶ quia hic
numerus. ſ. l. in. xl. et. x. diuidit. vnd̃ et
chriſtus in actionib⁹ ſuis eum ſic diuiſit
qui quadrageſimo die poſt reſurrectõẽ
in celum aſcendit. Jnde poſt. x. dies ſpm̃
ſanctũ miſit. ¶ Per. xl. vero tꝑalis habita
tio hui⁹ mundi oñditur. et lex moyſi. per
quaternariũ tꝑalis habitatio. per dena
riũ: lex. Quatternarius. in q̃dragenario.
ex. iiij. et. x. ĩ ſe ductis multiplicato. pre
ualet q̃ntum ad ſignificatõem. Quatuor
eñ partes habet mundus. et ann⁹. ⁊ iiij.
ſunt elemẽta ex q̃bus oĩa corꝑa ꝯſtant. de
narius aũt legem ſignificat. ꝓpter deca
lagum mandatoꝝ. que fuerũt ſcripta in
tabulis. huic aũt numero. ſ. quadragena
rio additur denarius. vt. l. compleãtur
Denarius vero vitam eternã ſignificat
Conſtat enim ex. tribus. ⁊. vij. Ternari⁹
vero ad ſanctam trinitatem refertur. Se
ptenarius vero qui conſtat ex. tribus. et
iiij. ad duplicem hominis naturam. qui
conſtat ex anima et corpore. ad animam
pertinet ternarius propter triplicẽ vim
anime. ad corpus. quaternarius. propt̃
quattuor elementa. Tunc igitur eternita
tis beatitudo in nobis perficietur. cum
vtriuſq3 nature noſtre ſabbatiſmo potiti
trinitati increate coniungemur. ¶ Addi
to ergo denario quadragenario: velut
mercede pro impleta in hac vita lege
reddita ipſa eternitas figuratur. Jdeo
ergo hoc numero pſalmos diſtinxit. vt
ſignificet eos. qui in pñti huius pſalmo
die docrinam ſeruant. legem implere. et
denario eterne vite. in futuro coronari.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Aſſignata geminatatõne. quare per. l. di
ſtincti ſunt pſalmi. videndum eſt quare
per tres quinquagenas. ideo. ſ. vt inſinu
etur beata trinitas. que omnia predicta
preſtat. Donat enĩ ſeptiformẽ gratiam.
iuuat ad implendã legem. ⁊ in futuro re
munerat. Sicut cum trinitas multipli
cat. l. faciunt. c l. qui numerus omnium
pſalmorum eſt ſumma et plenitudo.
¶ Queri quoqꝫ ſolet. vtꝝ vnus ſit liber
pſalmoꝝ: an plures. Hierony. v. libros
dicit eſſe. propter. v. diſtinctões. que fi
unt per fiat fiat. cui obuiare videtur. qꝺ
dicit in actibus apoſtoloꝝ. ſicut ſcriptũ
eſt in libro pſalmoꝝ. nõ in in libris. dic:
ſed in libro dicit. quaſi vnus ſit liber: ñ
plures. qꝺ tñ ſuperiori nõ repugnat. Dñ
nanqꝫ multi libri: vnus liber dicuntur
vt multe eccleſie vna. ⁊ multi celi vnum
celum. vnde ſcriptura dicit: qꝛ aque ſunt
ſupra firmamẽtum. i. celum. et eadem ait
⁊ aque que ſuper celos ſunt laudent. idẽ
ſignificans ꝑ celos et firmamẽtuꝫ. i. celũ
Poteſt etiam dici in libro pſalmoꝝ. i. in
aliquo libro illoꝝ quinqꝫ. quod tamen i
vſu locutõnis vel ñ eſt vł raro eſt. Duo
decim etiam prophetaꝝ: vnus liber dici
tur. et omnes etiam canonice ſcripture a
quibuſdaꝫ vnus liber eſſe dicũtur. eo qꝛ
mirabili et diuina vnitate concordent.
¶ Illud quoqꝫ non vacat. ſed magna cõ
ſideratione dignum videtur. Qꝛ primus
l. agit de penitentia. Secundus de mĩa
et iudicio. Tercius: de laude dei. in ſan
tis eius. Iſti ſunt nãqꝫ tres ſtatus chri
ſtiane religionis. Sic enĩ ad eternam: be
atamqꝫ vitam tendimus. Prius: per pe
nitentiam peccata damnamus: vocante
deo ad penitentiam. quos apud ſe in oc
culto. predeſtinauit. Inde per miſericor
diam. qua iuſtificati bene viuimus. ne
iudicium in futuro timeamus. deo vo
catos iuſtificante. Hic per miſericordiã
et timorem iudicij. in quo iudicio de ci
uitate domini diſperdentur omnes qui
operantur iniquitatem. tandem ad vitã
glorificati intramus. vbi deum ſine fine
laudamus. Ad hoc etiam pertinet. i. ad
hos. tres. ſtatus deſignãdos. Quod dñs
ait in euangelio. Ecce eijcio demonia. ⁊
ſanitates perfici. hodie: et cras. ⁊ tcia die
ꝯſummor. Demonia eijcit: cũ nos per pe
nitentiã a peccatis ſoluit. Sanitates pfi
cit. cum per miſericordiam viuere facit.
In futuro conſummabitur: cum nos co
ronabit. quos ſtatus etiam in ſua paſſio
ne. et dormitione. ⁊ vigilatione oſtendit
In cruce patiendo: de diabolo triũpha
uit. In ſepulchro quieuit. et in reſurre
ctione exaltauit. Ita et nos. penitentia q̃
diabolum vincimus: cruciat. Iuſticia: q̃
a malis quieſcimus: tranquillat. vita e
terna vbi videtur deus ſicut eſt: glorifi
cat: atqꝫ iocundat. Penitẽtie igitur vox
eſt. Miſerere mei deus. Iuſticie vox eſt.
Miſericordiam ⁊ iudicium cantabo tibi
domine. vite eterne vox eſt. Omnis ſpiri
tus laudet dominum.

¶ Gloſſa magiſtralis: in librum hym
norum dauid. Petri lombardi: Magi
ſtri ſententiaꝝ: explicit foeliciter. Inſcul
pta Nuremberge oppido Germanie ce
lebratiſſimo. ductu Andree friſner d wũ
ſidel. Artium liberaliũ magiſtri. ⁊ Joan
nis Senſenſchmid. Ciuis nurembergen
ſis. Anno dñi. Milleſimo quadringente
ſimo ſeptuageſimooctauo. die vo febru
arij duodecimo.

Laus deo glorioſiſſimo.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Regiſtrum folioꝝ
.j. gloſa pſalterij
ſcientiā dei quā
tionem eoꝝ que
nes etiā infideles
ij plicati ſūt a tpe
Neqꝫ ha.
rūpendū alios
ſiuerūt. Jſte ergo
ſenti quē ſentio
iij
letaboꝛ.q.alijs
Et ſperēt in te
cognoſceť do.
cantem ſynagogā
Exurge dñe
iiij
Quis dabit
one vľ repꝛeſſiōe
tates:ego aūt ⁊
Dñe exaudi
illis qui reſiſtūt
v
am illos mihi
ſpicit in finem
dit ad patrem
nalitate oio
vj
mus ei:⁊ mo.ca.
catoꝛes mei
dis apud dñm
Et animā meā
vij
Reſpice in
nas me tētari
me me vidit iſte
Qui tribulant.
feſtabo: ⁊ ē ſenſus:
viij
tutinū.veſpa eni
Conuertiſti
Qm̄ foꝛtitudo
Ne concluſiſti
delis qui ait
ix
ſa eſt:⁊ ē pſal.
pita tragentiū
ris.ſi beatᵘ eſſe
qꝛ in eo letabiť coꝛ
x Ego autem cū.
Non ſuper gau.

ctis dñm lauda.
Dñs in celo
Jbi ceciderunt
xj
ga.et defeci.
Dixi cuſtodi.
caluit coꝛ meū
tio:⁊ pena eſt
xij
ui ſm qđ me
uandi et oſtenđ
gruam verboꝝ
Deus iudica
liū floꝛes
xiij
reis:qꝛ in fine
Dyapſalma
ſubijciet populus
Fundať exul.
ptione chꝛiſti
xiiij
Qm̄ iniquitatē
ponit qualiter
ficatiōe hierlm
Tota die
xv
entes qꝛ pereūt
Aliter totum
latio dicit ſe a
Laudabo verbum
tandᵘ ſicut doꝛmiēſ
xvj
Dediſti metu.t.ſig
liť:niſi deus:
Permanet
tates vnā maloꝝ
ſita ſunt inter
xvij
Venite ⁊ videte
latio que locu:eſt
Confiteanť
da credentiū
goꝛice.Egreſſus ē
xviij
Aduerſum me
Oms qui tribulāt
Qm̄ pſecuti ſunt
Jn finē pſalmus
cūdi:⁊ tercij:ſed
xix
Benedictus dñs

Producūt quaſi
cebam.hic oſtēdit
nales delectatiōes
xx
lis intellectus
gnāt ꝯtra deū
uere non heretici
re potero
xxj
tū ſunt vſi illis
Sicut poſuit
Viam fecit
Et excitatus
cos ibi.vſquequo
xxij
cat et ad iuſſa
tū filij:Niſi vtiqꝫ
tus q̄ꝫ locutio diciť
Pone pncipes eoꝝ
xxiij
rectio eni ſignū ē
ſpondeant imitati.
ant nō ꝓſunt
rie non meminit
Tu humiliaſti
xxiiij
ctiones hoīm a deo
hoc es tu ſpes
da vľ iuſticie ꝑ
xxv
la ꝑ iniquos
nos.Jtē ideo:qꝛ
tiat hoc factū
piūt.ꝯſtat nomē
xxvj
Oculi mei ad ſi.
Quia defecerūt
Dies mei ſicut
diſſe ei:aut
matur.Et ē ſenſus
xxvij
Animalia puſilla
Alleluia.hic pmo
Et ſtatuit il.
Et auxit.v.ps
pto:qꝛ tales erūt
xxviij.
Omnē eſcā Quarta
bis reſiſtit:⁊ hūili.
tudine ꝓphetie
pient ꝓ impietate

xxix
dere.Sed modo
cere volentes
Quis ſicut dñs
Montes quibᵘ
Qui timēt dñm
xxx
uauerit.offendat
monia:vľ in via
Aufer a me obpꝛo:
niam.vñ aplus
raria.vľ noīe
xxxj
adiuua me.q.ꝯtra
Omnis ꝯſuma.
ri.Vel eſt vetᵘ
Hereditate ac
xxxij
mones eius ad
canť omſ vie tue
nijs:qꝛ nō fuerunt
zanť:qꝛ nō ſunt
xxxiij
Qui habitas i ce.
remᵘ exemplo
ciā:ſed ideo nō
tatis.hāc habuit
Ecce hereditas
xxxiiij
ris de carne.vľ ita
litudine regnū
nes monet ad
Et dedit terrā
xxxv
ua.i.angeľ
mici eſt manᵘ tua
um deſerens:⁊
ctis ſunt mihi
xxxvj
Dñe clamaui
Audient v̄ba mea:
cidiť ꝓpť chꝛiſtuꝫ
pſi ſunt:ſed ego
tione omnis viuēſ
xxxvij.
cia.iuſtus dico
tilitas tā frequēť
nam angelicam
ſis ſeculi qui
tis.vľ ſm aliā

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf